


1. Reusner, Feremias: Delibationem captivitatis et post-
liminii submittet. . . 1645.
2. Schreiber, Johann: Decades duae conclusionum theorico-
practicarum in jure tam civili quam Saxoniae hodie
maxime controversarum quaestionum. 1645.
3. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato dispu-
tatio I de generalibus et bonorum possessionibus. 1645.
4. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato dispu-
tatio IV de successione ascendentium. 1645.
5. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato dispu-
tatio III de successione descendendum. 1645.
6. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato dispu-
tatio II de successione conjugum. 1645.
7. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato dispu-
tatio V de successione collateralium. 1645.
8. Strauch, Augustinus: Successionum ab intestato disputa-
tio III de successione fratri. 1645.
9. Ineovs, Gottfried: Conclusiones haec legitimas ex libro
Futib. desumptas objiciet. . . 1645.

10. Taubmann, Christian : De exceptionibus peremptoriis
1645
11. Coselius de Peglinorez, ^{Henricus} Henricus : Enodatio VII, VIII, IX
X. tit. pand. postremi habebitur . . . 1646.
12. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodatio leg. XI. XII.
Tit. pand. postremi . . . habebitur . . . 1646.
13. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodationem leg.
XIII, XIV. tit. pand. postremi . . . subjiciet . . . 1646.
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
14. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodatio rubricae
leg. I. II. III. Tit. pand. postremi . . . habebitur . . . 1646.
15. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodatio leg. IV. V.
VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.
Tit. pand. postremi . . . habebitur . . . 1646.
16. Sperling, Johann : Aphorismi physici de igne . . . 1646.
17. Suerus, Gumpfried : De concursu et cumulatione
actionum . . . 1646.
18. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodationem leg. XIX.
XX. tit. pand. postremi . . . subjiciet . . . 1647.
19. Coselius de Peglinorez, Henricus : Enodationem leg. XVIII.
XVIII. Tit. postremi . . . subjiciet . . . 1647.

20. Coselius de Tegliuorez, Henricus: Inodationem leg. XV.
XVI. tit. pand. postremis . . . proponet . . . 1647.
21. Coselius de Tegliuorez Henricus: Inodationem leg.
XXI. et. XXII. tit. pand. postremis . . . subjiciet . . . 1647.
22. Ancestiss, Joh. Andreas: Sepultura veterum. Sive
de antiquis ritibus sepulchralibus, Romanorum,
Graecorum, Judaeorum et Christianorum. Aetate I.
1647.
23. Reusner, Ferminus: De notariis eorumque instrum.
mentis 1647. 2 Exempl.
24. Reusner, Ferminus: De jure retentionis. 1647.
25. Suerus, Gottfried: Privilegiorum militarium
delibationem . . . placidae et unicee ventila-
tionis sistit. 1647.
Suerus - Neger.
26. Suerus, Gottfried: De reconventiones. 1647.
27. Taubman, Christian: De peculio. 1647. 2 Exempl.
Hismarius, Hilarius u. Hermann, Friedrich?
28. ~~Taubman, Christian~~: De conceptuum concep-
tibus seu nationibus secundis. 1647.
29. Wacken, Christophor: De juramentis. 1647.



DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE

Collegij Juridici

Successionum ab intestato

DISPUTATIO PRIMA

De

GENERALIBUS

ET BONORUM POS-
SESSIONIBUS,

In Celeberrima Academia Wittebergenfi

PRÆSIDE

AUGUSTINO STRAUCHIO,

J. U. D. & P. P. &c.

Respondente

JOH: FRIDERICO à Burckersroda

Equ. Thuring.

Habebitur

ad d. XI. Januarij, Horis matutinis,
in Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr,

clō Io c XLV.

XXX

C5



nes
test.
pr. 3
pro
l. au
C. co
est o
qua
siti
tant
n. 11
For
sine
succ
Juri
mod
Vid.
enua
PER
Inst.
Qua
sed p
Pice
versi



CUM DEO. Thesis I.



SUCCESSIO (quamvis id vocabulum aliàs πολύσημον sit) plerumq; & potissimum in Jure est universalis acquisitio hereditatis.

Varias vocum SUCCEDERE & SUCCESSIONIS significaciones recensent Dn. Valentinus Forsterus in tract. de heredit. quæ ab intest. defer. libr. 1. c. 1. Ferd. Vasq. de success. creat. in præfat. & Vultej. ad pr. 7. de testam. ordin. n. 4. & seqq. In jure crebriores sunt hæc. I. Quando pro ipsa hereditate accipitur, ut in l. mater 19. in pr. ff. de inoffic. testam. l. aufertur 46. D. de Jur. fisc. l. Cum propiore. 2. C. unde legit. l. ancilla 9. C. commun. de success. l. Quatenus 19. C. fam. hercisc. Deinde (quæ etiam est omnium potissima in Jure, nostroq; Instituto maximè congrua) quando denotat ut in thesi habetur, ACQUISITIONEM, quæ consistit in facto & Jure. Verbalia enim in 10. propriè & primò denotant actum ipsum verbi unde derivantur. P. Calæfat. ad l. 7. de pact. n. 11. Hug. Donell. lib. 6. comment. c. 2. & lib. 19. c. 1. Dn. Valent. Guil. Forst. in amic. schol. disquis. de donatione p. 6. Requiritur tamen & Jus, sine quo factum parum prodest. Unde & sæpè pro hoc solo Jure succedendi (quod hîc quasi passive accipitur, hoc est, pro eo, quod Juris beneficio successor, cui Jus consultum vult, obtinet; quemadmodum dicimus Jus Cognationis, affinitatis, minoris, mulieris &c. Vid. Lud. Charond. l. 3. περὶ ἀναγ. c. 1. p. 171. Osvv. Hillig. lib. 19. Donell. enud. c. 1. in not. sub lit. D. in fin. p. 445.) ponitur. Est autem acquisitio PER UNIVERSITATEM. §. f. 7. per quas person. cuiq; acquir. Cai. l. 2. Inst. t. 2. in pr. t. t. D. de acquir. vel mitt. hered. Donell. l. 6. comm. c. 1. Quæ vocula hîc accipitur non pro rerum qualitate neq; quantitate, sed pro titulo seu Jure Universali. Vult. ad pr. 7. de Testam. n. 2. Alex. Picenard. ad rubr. de Testam. De modis autem acquisitionis per universitatem vid. Gædd. ad l. 70. §. 1. n. 2. de V. S. Anton. Cont. in libr.

Disputation. cap. 12. ubi septem recenset & Doctores communiter. ad §. final. Institut. per quas person. cuiq; acquiritur. Acquiritur hoc modo HEREDITAS. Quæ vox ab hero seu domino originem habet. *Cassiod. in ps. 2. 15. & 77. Cujac. lib. 5. Observ. c. 10. & in not. ad d. §. f. Inst. de hered. qual. & diff. Petr. Fabr. ad l. 19. de R. J. Christ. Becman. de O. L. L. in voc. Hercules p. 219. pr. edit.* Eo ipso enim, quo heres est, dominus quoq; efficitur. Unde & heredes pro dominis frequenter ab antiquis dicuntur. *§. fin. l. de her. qual. & diff. S. Pomp. Fest. libr. 8. de V. S. & vice versâ domini pro heredibus l. Isis ad quem 22. D. de acquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 2. de ventre in possess. mitt. l. qui pecuniam 22. D. de statu liber. Cujac. lib. 10. Observ. c. 16. Vacon. à Vacun. libr. 13. Declar. 50. n. 4. Hotom. ad d. §. f. ad verb. pro domino gerere. plurima ex aliis etiam autoribus habet exempla Guil. Forner. libr. 1. selection. capit. 19.* Et infinitis veterum latinitatis autorum locis id comprobari scribit Ant. Faber. *libr. 4. Conject. c. 4. ferè circa finem.* Unde (quod quasi obiter notandum) rectius scribitur absque diphthongo, sicut & in Pandectis Florentinis (quarum maxima est autoritas. Sunt enim eæ opiniones omnium supra cæteras; quippe à quibus omnes aliæ manarunt. Anton. August. libr. 1. Emendat. cap. 1. Anton. Cont. libr. 1. Disputat. Jur. Civ. cap. 6. Alb. Gent. in disputat. de libr. Jur. Civ. capit. 2. pag. 20. Gœdd. ad rubr. de V. S. num. 25 & 26.) Per simplex E hæc vox scripta semper reperitur. *Wesenbec. ad d. §. fin. n. 5. Johan. Borcholt. de grad. sub titul. unde hereditas dicatur pag. 145.* In antiquis quoque inscriptionibus nunquam cum diphthongo hanc voculam se observasse, ac perinde typographorum culpâ erroneam scriptionem per Æ introductam esse refert Bernhard. *Walther. libr. 1. miscellan. capit. 31.* Dissent. quoad derivationem hanc variè *Isidorus libr. 9. Etymolog. capit. 5. Anton. Govean. libr. 1. var. lect. capit. 25. num. 3. & ad l. 1. D. de vulg. & pup. subst. Vigil. Zuichem. ad d. §. f. Inst. de hered. qual. & diff. Hotom. ibid. & lib. 1. amic. resp. c. 6. Gœdd. ad l. 24. n. 3. & l. 119. in fin. de V. S. Pratej. & Calvin. in lexic.* Neque obstat nostræ derivationi quantitas primæ syllabæ, quæ in vocibus istis non est eadem. Nam & alia quàm plurima talia habentur exempla. *Vid. Agell. libr. 12. N. A. capit. 3. Christian. Becman. de O. L. L. in voc. Lucubro pagin. 265. prior. edition. Gœdd. ad leg. malum 242. §. viduam 3. numer. 3. de V. S.* Hereditatis autem vocabulum in thesi generalitè accipitur

accipitur prout bonorum possessionem non excludit *l. hereditas*
138. de V. S. l. 3. §. 7. D. de bonor. possess. l. 19. §. Si patronus 2. D. de
cond. & dem. l. 1. §. 7. D. ad SCtum Trebell. l. fin. Cod. Qui adm.
ad bonor. possess. Non contrariatur thesi, quod hereditas definiatur
per successionem *l. nihil est aliud* 24. D. de V. S. l. hereditas 62. D.
de R. J. Longè aliter enim in dictis ll. Successionis vox accipitur, at-
que in thesi. In illis usurpatur pro re succedente, quæ jus illud u-
niversum obtinet, ac personam defuncti repræsentat. Dicitur e-
nim hereditas domina *l. non minus* 31. in fin. D. de heredib. instit. l.
liber homo 13. §. 2. ad Leg. Aquil. l. hereditas 9. C. de pos. & locum defun-
cti obtinere d. l. 31. d. hered. instit. l. 34. de A. R. D. Unde in jure con-
sistere dicitur *vers. incorporales* J. de reb. corporal. & incorporal. l. here-
ditas 50. in pr. de hered. pet. l. 1. de div. rer. l. hereditatis 119. de verbor. si-
gnific. & licet nusquam sit, jure tamen fingitur esse, ob insignes uti-
litates ante aditionem provenientes Br. Jaf. Castr. & Dd. *commun.*
ad rubr. de acquir. hered. Dn. Valentin. Forster. *libr. 7. de success. capit. 2.*
Dn. Valentin. Guil. Forster. *part. 1. tract. Just. disp. 15. ib. 1. Don. libr.*
6. comm. c. 2. Anton. Fab. lib. 14. conject. c. 20. & libr. 1. Juriss. Pap. tit.
6. pr. 5. Diss. Gœdd. ad d. l. 24. n. 3. 9. & seqq. de V. S. Gifan. ad d. l. 62.
de R. J. ibidemq. Hænon. disput. 8. ad regul. jur. question. 1. statuentes
per successionem in definitione hac hereditatis significari causam
vel titulum acquirendi. Quam opinionem eleganter refutat Hil-
lig. *l. b. 6. Donell. enucl. c. 2. lit. D.* Aliter diff. And. Alciat. & Brechæus
ad *dict. l. 24. de V. S. n. 5.* existimantes successionem hinc passivè intel-
ligendam, pro rebus ipsis ac bonis. Improbant Val. Forst. *lib. 2. de*
heredit. c. 3. Hilliger. d. l. lit. C. Gœdd. d. l. n. 7. Borch. de grad. pag.
148. & seqq. Aliter diff. Spigelius in *lexico*, successionem exponens a-
ctivè, pro aditione seu agnitione. Quem refellunt Gœdd. *d. l. n. 6.*
Donell. & Hillig. *d. l.* Different igitur successio, de qua in thesi, &
hereditas, ut res & acquisitio ejusdem *r. t. de acquir. hered.* Neq; obstat
thesi: quod acquisitio in suis non videatur habere locum; cum ibi
continuatio potius dominij ipso jure, & liberæ bonorum admini-
strationis adeptio censeatur. Vivo enim ad huc patre domini ex-
istimantur. Unde quoque hereditas in ijs non habere locum puta-
tur. *l. in suis* 11. D. de lib. & posth. §. sui autem. 3. J. de Hered. qua ab intest.
defer. Ut sic Sui per hoc genus videantur exclusi. Respondetur enim;

isthæc omnia improprie & per fictionem quandam Juris Civilis fieri,
unde & civiliter intelligenda esse, ne videlicet opus sit fictione he-
reditatis jacentis, quæ interim, donec adeatur, defunctum repræ-
sentet. Dn. Val. Forst. *de hered. quæ ab intest. defer.* lib. 1. c. 3. & lib. 2.
c. 8. n. 6. sui enim statim ipso Jure heredes existerent *l. in suis 14. D. de
suis & legit.* & illico tales apparere dicuntur *l. f. §. sin verò perpetuò 2.
C. de curat. furios.* Unde & eo modo neque successio in ijs locum
habere dicitur *l. 1. §. sciendum 8. D. de suis & legit.* Fingitur enim fi-
lius cum patre una & eadem persona *leg. 16. D. de furt. l. si quis pro eo
§ 6. §. 1. D. de fide juss. l. f.* (quam incongruè accipit. Vacon à Va-
cun. *lib. 1. decl. 9. n. 1. Convenientius. A. Fab. lib. 1. Jur. Papin. t. 8. n. 7.*)
C. de impub. & aliis substit. ratione patriæ potestatis. Cujus fictionis
significandæ gratiâ filius familias dicitur ut & paterfamilias *d. l. 11.
D. de suis & leg. Anton. Fab. d. loc. Jur. Papin. illat. 4.* Unde & in *d. l. 11.*
non appellantur veri domini vivo patre, sed quasi & quodammodo, &
quasi continuari dominium dicitur in *d. §. sui 3. Inst. de heredit. quæ ab in-
test. defer.* Quæ particula satis indicant improprietatem *arg. l. id
tempus 14. §. 1. D. de Usurp. & usuc. l. 7. §. 6. vers. quod cum est. D. de
pactis.* Hinc in Jure nostro, quasi contractus, quasi dominium,
quasi possessio &c. improprie id, cui hæc vocula *Quasi* adjungitur,
denotant. Plura refert exempla Rebuff. *ad l. stuprum 101. §. 1. D. de V.
S.* Dicitur etiam in *d. l. 11. non videri hereditatem.* Item *non videri he-
reditatem percepisse.* Ex quibus omnib. satis apparet, isthæc omnia
improprie, immo fictè intelligenda esse. Dicuntur enim tantum
domini κατὰ ἀρχήν, ob spem domini consequendi, ut habent.
Alciatus *ad l. 17. de acq. poss. n. 17. & Duar. ad tit. de lib. & posth. c. 3.*
Et ratione educationis & usus. Unde Cicero *in primâ Verr. Quibus-
cum vivi nostra partimur.* Reapse igitur & rectè filius dicitur acquire-
re hereditatem. *l. Impuberib. 11. l. ei qui 12. l. 38. junctâ rubricâ de acquir.
vel omittend. her.* Quamvis non adire hereditatem, sed se eidem
immiscere, non eandem repudiare, sed se ab eadem abstinere dica-
tur. Unde acquisitio & recusatio generaliores sunt, non solùm ex-
traneis sed etiam necessarijs heredibus convenientes; aditio & re-
pudiatio specialiores. Vult. *ad §. Extraneis. 5. 7. de hered. qual. & diff.
n. 1. Donell. lib. 7. comm. c. 1. Diff. à thesi Ferdinand. Vasquius de success.
creat. in præfat. n. 9. existimans, successionem in Jure nihil aliud esse
quam*

esse quam ipsam hereditatem. Modò autem demonstratum est, hanc non esse potissimam neq; accuratam significationem in jure nostro.

2. Successio ista ratione delationis duplex est: TESTAMENTARIA & AB INTESTATO.

Quæ divisio in *l. 12. tab.* fundata ibi: *Paterfamilias uti legassit super pecunia, tutelave suæ rei, ita jus esto.* Item, Si intestatus moritur, cui suus heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto: Si agnatus nec escit, gentiles familiam heriscunt. *Lips. in LL. Xuiral. leg. 12. § 13. p. 6, l. 120, l. 195, §. 1, V. S. Ulpian. in frag. t. 11, §. 13. tit. 26. in pr. l. 1. l. 3. D. de hered. petit. l. 70. de acquir. hered. §. f. I. per quas pers. cuiq; acquir. pr. J. de L. Falcid. Nov. 22. c. 2. Cornificius (vel quicumque autor librorum ad Herenn.) lib. 1.*

3. Neque tertia species CONTRA TESTAMENTUM rectè adjicitur,

Quæ contingere existimatur, quando testamentum quidem factum est, voluntas autem testatoris infringitur, atque sic contra eam voluntatem succeditur. Sed præter fundamenta in thesi præcedente adducta, in quibus tantum duplicis speciei fit mentio, refutatur ista tertia per *pr. Inst. de hered. qua ab intest. defer. l. 1. D. de suis & legit. l. filium 20, D. de honor. possess. cont. tab.* Ubi & is intestatus dicitur, qui testamentum jure non fecit, aut si ex eo nemo heres existit. Paria enim sunt, non esse & illegitimum esse. *l. Quotiens 6. D. qui satisd. cog. l. 1. D. si quis vocat. in jus nonjer.* sicut & paria Nullum & Inutile. *l. 4. C. de l. hered. & ibid. Gothofr.* Et ipse Imperator Leo expressè hanc speciem retulit ad successionem intestatam. *l. ut liberi 17. C. de collat.* Possset etiam, si ab successionem ad intestato commodè non referretur, ad causam testati reduci, *l. 1. §. ita autem. D. si tab. test. nulla exstab. §. 1. & 2. J. de bon. possess.* ubi rationem addit Accursius, cur contra tabulas bonorum possessio dicatur ex testamento, quia scilicet sine testamento competere nequit. *Dn. Val. Forst. lib. 1. c. 8. & 9. de Hered. Dn. Valent. Guil. Forst. tract. Justin. p. 1.*

p. 1. disp. 25. tb. 2. Hænon. disp. 8. ad Select. Pandect. mater. tb. 1. lit. B.
Diff. Didac. Covar. lib. 4. variar. resolur. c. 21. Non obstat l. cum in
adoptivis penult. §. 1. C. de adopt. ubi asseritur, filium adoptivum, li-
cet Jus quidem succedendi habeat ex testamento & ab intestato,
non tamen habere Jus agendi contra patris adoptivi testamentum.
Quod idem de fratribus uterinis perhibetur in l. fratres 27. C. de in-
offic. test. ubi manifesta tertiæ speciei videtur fieri mentio. Respon-
detur siquidem, nullam esse consequentiam, propterea tertiam esse
constituendam speciem. Negatur enim in istis ll. contratestamen-
tum agi posse; quando autem contra testamentum agitur, tum sem-
per res recidit ad causam testati vel intestati, ut modo demonstratum,
Forst. d. l. 1, c. 10, n. 12. seqq.

4. Neque alia CONVENTIONALIS appellatur de Je. Communi scripto rectè statuitur. Succes-
sio enim pactis regulariter neque dari neque ad-
mi potest.

Sive ea sint de hereditate acquirenda, sive dividendâ, sive a-
mitendâ sive de hereditate ejus qui paciscitur, sive de hereditate
tertij viventis hoc inscio, communiter tamen nullius sunt momenti
l. Stipulatio hoc modo 61, de V. O. l. f. D. de suis & legit. l. pactum quod do-
tali 15 l. f. C. de pact. l. cum donationis 34, in fin. C. de transact. l. si
quando 35, § 1, C. de inoffic. testam. l. hereditas 5. Cod. de pactis convent.
l. ex eo. 4, C. de inutil. Stipul. l. pactum 3, C. de collat. & c. Quæ autem
vera & universalis sublit ratio, quod pacta hæc non valeant, dis-
quiritur. Et quidem rationes 10. refert Dn. Val. Guil. Forst. in tract.
de pactis. c. 6, p. 148. & seqq. quarum tres à Jctis vulgò potiores statu-
untur: Cæteræ enim minoris roboris esse putantur. I. Quia conventi-
ones hæc contrariantur bonis moribus. d. l. 61. de V. O. l. donari 29. §. fin.
ff. de donat. d. l. 4, C. de inutil. stipul. d. l. f. C. de pactis. Probatur hoc ul-
terius; quoniam in se sunt turpia d. l. 29. f. D. de donat. Non enim
probè de hereditate viventis agitur l. ita tamen 27, § à patre 4, D. ad
SCtum Trebell. & improbus existimatur qui sollicitus est de viventis
hereditate l. 2. § interdum 2. de vulg. & pupil. substit. Unde paciscen-
ti ut indigno aufertur hereditas l. 2, D. de his quib. ut indign. Casum
enim

enim adversamque fortunam spectare hominis neq; civile neque naturale est *l. interstipulantem 83, § sacram. 5. vers. sed hac dissimil. a. D. de V. O.* Et continent votum captandæ mortis. Sunt enim odiosæ & plenæ tristissimi & periculosi eventus *d. l. f. C. de pact.* Contra bonos mores autem pacisci nemo potest. *Paul. lib. 4, sent. tit. 1, §. 4.* Et ea quæ contra bonos mores fiunt, non sunt sequenda *l. 1, § illud 7, D. depositi. neq; servanda l. alia 14, § un. D. solut. matrim. nullius sunt momenti l. generaliter 26, D. de V. O. nullam vim habent l. 6, C. de pact. eorum nulla est obligatio l. si stipulor 35, in pr. & § 1, D. de V. O. c. non est obligatorum 58, de R. I in 6.* Veruntamen hæc ratio omnibus pactis successorijs applicari nequit; putà pactis de non succedendo ei ipsi, cum quo aliquis paciscitur. Quomodo enim is contra bonos mores fecisse videbitur, qui de non succedendo paciscitur? Ant. Fab. in *rational. ad l. 38, D. de pact.* Non potest videri sollicitus de viventis successione, neque ejusdem mortem captare, dum sibi ipsi præripit succedendi facultatem. Hart. Pist. *lib. 4, quest. 1. n. 2.* Et si simpliciter sunt contra bonos mores, cur reciproca de succedendo inter milites conceduntur, cum ne militibus etiam aliquid contra bonos mores aut leges facere liceat, nec in testamento quidem, etsi aliàs hoc quomodo cunq; factum sit, ratum habeatur *l. doctalem 6, l. miles ita 41, § 1, de mil. test.* Votum etiam istud regulariter non præsumitur *l. de fidei commissis u. C. de transact.* præsertim inter Germanos, qui fide & armis omnibus gentibus præstant, veteri eulogio Taciti *13. annal & pleriq; boni. Bolognet. Ital. add. l. f. C. de pact. n. 66.* Unde istud Italici relinquendum esse scribit. Vd. *Zaf. lib. 2. cons. 1. n. 38. indignante Fachineo lib. 8. Controv. Jur. c. 72. Neq; ejusdem suspicio confestim actum reddit irritum arg. l. 35. § sed si quidem 5. C. de Donat.* Et apparet idem ex institutionibus, substitutionibus, donationibus mortis causa, legatis, fidei commissis tota & successione testamentariæ, imo & ab intestato materia. Fac. huc *§ sin autem quis ita 3. f. de pup. substit. Rein. Bachov. Echt disput. miscell. c. 13. p. 109. Nicol. Everh. jun. cons. 7. n. 6. & 7. vol. 2. Jac. Rick. de un. prol. c. 3. n. 25. Barth. Muscul. de succ. conv. & anom. cl. 1. membro 1. concl. 3. n. 44. A. & suspicionem istam vanam non fuisse multis exemplis historiæ Romanæ probat A. Guib. in libr. quest. Jur. memorab. c. 7.* Altera ratio (quæ tamen ad priorem quoq; referri posset) est.

B

Quod

Quod talia pacta liberam testandi facultatem auferant *l. cum duobus*
52. § idem respondit 9. D. pro soc. d. l. pactum quod dotali 15. C. de pactis.
cum tamen voluntas hominis debeat esse ambulatoria usq; ad vitæ
supremum exitum *l. cum hic 32. § penitentiam 3. D. de donat. inter vir.*
§ uxor l. quod si 4. D. de adimend. vel transf. legat. l. 1. C. de SS. Eccles. A.
Fab. lib. 1. Jurisp. Pap. t. 3. pr. 2. illat. 14. Quod tamen absurdissimè
in hac quæstione quotidie allegari ait Matth. Wesenb. *consil. 71. n. 7.*
Quia etiam si valerent, non tamen aliter, quàm virib. ultimæ vo-
luntatis sustentarentur, adeoq; mutari & revocari possent. *l. si quis*
22. in pr. D. de legat. 3. Idem Wesenb. ad paragr. Codicillis 2. n. 4. J. de
Codicill. Et quamvis Dauth. *in tractat. de test. sub tit. de mutand. test.*
potest. n. 85. pag 126. Wesenbecium refutare conetur; certum tamen
est, rationem istam parùm concludere. Quomodo enim per pa-
cta de non succedendo facultas testandi constringi potest? Adeo
non ut ea etiam ampliatur. Et hoc pactum non pertinet ad causam
successionis testati, sed tantum ad excludendam successionem inte-
stati. Cacheran. *decis. 100. n. 18. A. Fab. de errorib. pragmat. decad. 12.*
err. 4. Gasp. Schiffordegh. l. 1. disp. forens. ad A. Fabrum tit. 29. quest. 1.
Et quid si non de tota hereditate pactum ineatur? An non de residuo
dominus testari poterit? Quid si non de hereditate propriâ, sed ter-
tij cujusdam viventis, hoc incio, pacta fierent, quomodo in præju-
diciu tertij viventis ista vergero possent? Ut rectè quoq; animad-
vertit Hart. Pist. *lib. 4. quest. 1. n. 5.* An non etiam aliquis sibi indi-
rectè & per consequentiam testandi facultatem auferre potest *arg.*
Aurbent. ingressi. C. de SS. Eccles. Dn. Val. Guil. Forst. ad paragr. Alia
autem 2. Inst. de donat. Dauth. de Testam. n. 99. Aliquot modos aufe-
rendi eandem refert Jac. Rick. *de Vn. prol. d. c. 3. n. 17.* Tertia rat.
Quia suecessiones & hereditates Jure publico deferuntur, per modis
solennes. Wesenb. *ad d. paragr. 2. J. d. Codicil. n. 4. Barth. Muscul. de*
succ. conv. & anom. cl. 1. memb. 1. n. 43. A. Lex enim 12. tab. & testandi
licentiam civi Romano dedit, & hereditatum heredumq; ab inte-
stato jura introduxit. l. 3. D. qui testam. fac. poss. l. 120. de V. S. Privato-
rum autem pacta adversus Jus publicum nihil valent, ut in hac i-
psâ quæstione respondit Ictus Papinian. in l. f. D. de suis & legit. Et
aliâs habetur in l. Jus publicum 38. D. de pact. l. Neratius 20. in pr. D. de
relig. & sumt. fun. l. 15. §. 1. D. ad L. Falcid. l. cerdonem 42. de operis li-
bert.

bert. l. nec ex Pratorio 27. D. d. R. 7. Proinde vis & injuria fit legibus, non solum si testandi libertas pactioe aliqua constringitur, sed etiam, si per pactum quis impeditur ab intestato ei succedere, cujus vel filius vel proximus agnatus est. Hinc fit, ut non valeant pactioes non tantum de succedendo, sed etiam de non succedendo. Ant. Fab. *d. decad. 12. error. 4.* Casp. Schifordegh. *d. loc. quest. 2.* Sicut enim acquirendæ, ita etiam amittendæ hereditatis sunt certi in Jure nostro modi, ut exheredatio, præteritio, abstentio, repudiatio. Renunciatio autem per pactum de viventis bonis jure nostro recepta non est inter illos modos. Rein. Bachov. *Echt. d. cap. 13. pag. III.* Et hanc rationem potissimam appellat Hieron. Gabriel. *consil. 137. n. 4. volum. 1.* veram & germanam Anton. Fab. *d. l. catholicam* Schifordegh. *d. loc. in præfat.* & hac certiore nullam sibi videri scribit Bachovius *d. l.* Proinde, & eam, præter dictos autores, potissimum, urget Petr. Heigius *quest. 23. n. 9.* Et est hæc universalis ratio omnibus istis pactis prohibitis conveniens. Duæ priores verò non omnibus conveniunt. Diss. quoad thesin Coras. *epistol. quest. c. 32.* statuens pacta de non succedendo regulariter prohibita non esse, sed tantummodò ea inter patrem & liberos, ubi in causa sit nimia patris reverentia. Cum tamen nusquam leges prohibentes ista pacta hujus rationis mentionem faciant, neq; alias reverentia paterna ad rescissionem contractus valida sit, nisi de minis & verberibus constet, in ijs etiam actibus, qui liberrimam exigunt voluntatem. *l. interpositas 13. C. de Transact. l. si voluntate 8. in pr. C. de resc. vend. l. fidejussor. 26. §. 1. D. de Pignor. c. veniens 15. x. de Sponsal. A. Gomez. 2. resol. 14. n. 27.* Zoanett. *rer. quotid. c. 47. n. 1.* A. Fab. *lib. 1. Jur. Pap. t. 3. pr. 2. ill. II. P. Buf. ad l. 22. D. de rit. nupt. n. 6. & 7.* Gothofred. *ad d. l. 13. C. de transact. & l. 6. C. de his, quæ vi met.* Fr. Duaren. (quem dissentientem frustra facit Fachin *l. b. 2. Controv. c. 96.*) *ad tit. Digest. quod met. caus. c. 1* ubi etiam *ad l. 1. §. 5. D. Quar. rer. act. non dat. & l. pen. de furt.* quæ obstare videntur, & à Coras. *d. loc.* urgentur, respondet. Non enim dignitas vel potentia personæ justum metum arguit *l. ad invidiam 6. C. de his quæ vi met.* Donell. *lib. 15. comm. c. 38.* Et si reverentia in causa est, nulla poterit oriri obligatio inter patrem & filium, neque naturalis, contra *l. frater à fratre 38. D. de Cond. indeb. P. Buf. ibid. n. 11. & seqq. A. Fab. libr. 1. J. P. t. 8. pr. 7. ill. 7. & lib. 20.*



conject. c. ult. Donell lib. 12. c. 23. & libr. 14. c. 19. Henr. à Suerin repetit lect. c. 10. neque ex causa Castrensis peculij civilis aliqua, contra l. 4. D. de Judic. l. actiones. 7. D. de obl. & act. & c. Donell. d. lib. 12. c. 23. Goedd. de contr. & comm. stipul. c. 7. n. 42. & seqq. De ijs alijs, quæ thesi obliare videntur, latè agunt Dn. Val. Guil. Forster. in tr. de Pact. d. cap. 6. p. 150. Goedd. de contr. & com. stip. c. 6. n. 64. & seqq. Harprecht. ad pr. 7. de hered. quæ ab int. def. n. 12. & seqq. Borch. in tr. de gradib. sub titul. Hereditas pactis non datur & c. p. 160. & seqq.

5. Illudq;, Quod pactis successio non detur, extenditur variè.

Ut verum sit r. non solùm de totâ hereditate, sed etiam de parte, per l. pactum quod dotali 15. Cod. de pact. l. cum duobus 52. §. Idem respondit 9. D. profocio. l. si quis in principio testament. 22. D. de legat. 3. Hart. Pistor. libr. 4. quest. 2. num. 3. Cagnol. add. l. fin. C. de pact. num. 277. Menoch. consil. 794. num. 8. Nicol. Everh. consil. 11. num. 6. & 27. volumin. 2. Andr. Tiraquell. de jur. primogen. quest. 6. numer. 14. Ernest. Cothm. conf. 71. num. 78. Anton. Fab. 12. error. pragmat. 4. Fachin. 5. contrav. 84. Musc. de success. conv. & anom. cl. 1. memb. 1. concl. 3. n. 50. sub lit. C. Secundum quam sententiam quoq; aliquando Scabini Lipsenses pronunciarunt, Modest. Pist 3 sent. de ult. volunt. c. 52. 2. De re etiam particulari, quæ ex successione ad alterutrum contrahentium perventura esset. Alciat. ad d. l. f. n. 33. & seqq. Angel. conf. 66. Modest. Pist. conf. 8. n. 19. lib. 1. Hart. Pist. d. libr. 4. quest. 1. num. 7. & quest. 2. num. 4. & seqq. J. Dauth, ad d. leg. fin. num. 24. Diss. Decius uterq; ad d. l. pactum Cod. de pact. Purpuratus ibid. num. 15. And. Gail. Observ. 126. num. 8. & observ. sequent. n. 3. Hart. Hartmanni libr. 2. tit. de pact. observ. 3. in fin. Anton. Tessler. decis. 225. n. 11. Lud. Schrader. vol. 1. conf. 19. n. 50. & seqq. Rosenth. in tract. de feud. cap. 7. concl. 25. num. 10. & seqq. Harpr. ad pr. l. de hered. quæ ab intest. defer. num. 39. & multi ibidem allegati. Videntur tamen hi confundere pactum successorium cum contractu, seu obligatione inter vivos in ita, in persona autem heredis effectum capiente, secundum Hart. Pistor. d. quest. 2. num. 10. 3. Etiam si fuerint pacta reciproca de Jure communi l. licet. 19. C. de pact. Gail. lib. 2. observ. 126. n. 7. And. Fachin. lib. 5. c. 86. Pet. Peck.

Peck. de testam. conjug. libr. 1. c. 8. n. 2. & seqq. Tiraq. de Jure primogen. quest. 6. n. 5. & 14. Hart. Pist. d. quest. 2. n. 17. Cacher. decis. 100. n. 22. Tessaur. decis. 113. in fin. Simon de Pretis cons. 123. Wesenb. cons. 71. n. 12. M. Pistor. cons. 8. n. 24. & seqq. lib. 1. Cothm. consil. 8. n. 20. PBus. ad d. l. 61. de V. O. n. fin. Diff. Marfil. singular. 333. Oldrad. consil. 139. dubio 1. Caesar Barz. decis. Bonon. 14. num. 8. Verum & hi confundere videntur successio- nem cum obligatione. H. Pist. d. l. 4. Etiam si contractui matrimo- niali inserta l. hereditas. 5. C. de pact. convent. H. Pist. d. quest. 2. n. 14. 5. Et etiam si inita fuerint à liberis vel parentibus. 6. De legiti- ma quoque. l. 1. §. Si impubere. 21. D. de collat. 7. Et licet juramen- tum accesserit. c. non est obligatorium. 58. de R. 7. in 6. l. Juris gentium. 7. §. & generaliter 16. D. de pact. l. non dubium 5. versic. nullum etiam pa- ctum. C. de ll. l. si quis inquitinos 112. §. f. D. de legat. 1. Nov. 51. & c. Ferd. Vafq. de success. creat. §. 18. n. 197. Mich. Grassl. in lib. recept. sent. §. successio ab intestato. q. 9. n. 7. Barth. Kellenb. de renunc. success. q. 1. n. 2. Fachin. lib. 8. c. 72. Gail. libr. 2. obser. 125. num. 2 & observ. 155. n. 1. Dn. Val. Forster. libr. 4. de hered. quæ ab intest. referunt. cap. 24. num. 7. Dn. Valentin. Guil. Forster. d. c. 6. de pactis pag. 162. Wesenbec. d. consil. 71. num. 2. & 6. Gædd. ad l. 3. princip. num. 38. de V. S. & in tractat. de contrab. vel committend. stipul. cap. 6. conclus. 7. numer. 102. Donell. ad l. fin. Cod. de pact. num. 34. & seqq. Anton. Faber. de er- rorib. pragmat. decad. 41. Errore 5. Cacher. d. decis. 100. num. 3. Cal- par. Schifordegh. d. lib. 1. tractat. 29. quest. 2. in med. Muscul. d. loc. B. n. 48. Hart. Pistor. d. lib. 4. quest. 1. n. 20. & quest. 2. numer. 30. (in quâ tamen poster. quæst. distinguit inter confirmationem pacti & inter obligationem ex juramento, quæ cum personalis sit, exinde eum, qui juramentum interposuit teneri, nisi perjurus esse velit, dicens. Negat Everh. jun. vol. 2. Consil. 11. n. 10.) & qui magno numero refe- runtur à I. Dauth. ad d. l. f. de pact. n. 15. Diff. Bald. ad c. unic. §. morti- bus. Si de feud. defunct. contentio sit. 2. feud. 26. Menoch. cons. 1. n. 168. Dec. ad l. pactum quod dotali 15. n. 2. C. de pact. & cons. 516. n. 5. it. cons. 556. num. 12. Johan. Campeg. de dote quest. 79. part. 5. Harppr. ad pr. Inst. de hered. quæ ab intest. def. n. 33. cum plurimis allegatis n. 34. De Jure Canonico filia cum juramento renuncians paternæ successioni ex eodem tenetur. capit. quamvis de pact. in. 6. Quod cap. tantum ad pa- cta de non succedendo restringendum & non extendendum esse ad ea de succedendo (extra casum l. fin. C. de pact. ubi pactum ab-

que juramento etiam valet & licitum est. Unde si juramentum ad-
jici potest & corroborat, non hoc fit vi istius capit. sed aliunde, ex
regula communi videlicet) præter Robert. Marant. *conf. 88. n. 5.*
Schurff. *conf. 96. n. 79. seq. Joh. Borch. de pact. c. 5. n. seqq.* Barthol.
Kellenb. *de renunciat. success. quest. 1. n. 2. & Dd. comm. ad l. pactum do-*
tali 3. C. de collat. multis contendit Casp. Schiffordegh. d. l. 1. tr. 29.
quest. 2. De istius cap. ampliacionibus & limitationibus præter alios
videantur I. Dauth. *in comment. ad d. c. H. Pist. d. l. 4. quest. 6. per tot.*
Barth. Kellenb. *in d. tr. de renunciat. success.* Plures regulæ istius exten-
siones referunt H. Pist. *d. l. 4. quest. 1. & 2.* Joh. Dauth. *ad d. l. f. C.*
de pact.

6. Non tamen omnia ejusmodi pacta de he-
reditate nullius sunt roboris: Quædam enim vali-
da sunt, ut, de conservandâ hereditate absq; omni
turpitudine,

Velut inter parentes & liberos, itemq; agnatos & cognatos ad
quos alioquin hereditas pertineret, verum ob delictum perpetratum
(tale scilicet, ob quod tantum ab eo, cui succedendum esset, suc-
cessione istâ privari possunt: si enim ob delictum aliquod lege &
sententia judicis successione privantur, tum ratione istius pacti a-
missam hereditatem consequi nequeunt, utpote si deportati fue-
rint *l. 1. C. de her. inst. Natta ad d. c. quamvis. n. 106. in fin. de pact. in 6.*
Cagnol. ad l. fin. C. de pact. n. 157. H. Pist. d. l. 4. quest. 4. n. 3.) eadem
privarentur; ut si filius erga patrem ingratus, ut jure exheredari pos-
set, à patre pacto vel stipulatione ejus culpæ remissionem consequi-
tur, ille heres scribi, vel ab intestato patri succedere potest. Nihil
enim sic fit contra rationes *in th. 4.* relatas. Permissum enim est pa-
tri ob causas ingratitudinis justas filium exheredare. Sin autem pa-
ter eidem ingratitudinem condonare filiumq; heredem esse voluerit
hoc etiam lege permittente facit. Cuilibet enim culpam in se com-
missam remittere licitum est. *l. 1. & l. f. C. de revocand. donat. Cag. ad*
d. l. f. n. 144. & seqq. C. de pact. H. Pist. d. l. 4. quest. 4. n. 1. & 2. Petr.
Heig. libr. 1. quest. 23. n. 14. & seqq. Gædd. de contr. & comm. stipul. c. 6. n.

88. Ne-

88. Neque hoc pacto successio defertur, sed tantum impedimen-
tum successioni obstans ita removetur, ut causâ successio-
nis ad juris communis terminos redactâ pacifcenti semper liberum sit, testa-
tusne an intestatus decedere velit J. Dauth. *de testam. tit. de mutand.*
testam. potest. n. 109. Pacta autem de remissione futuri criminis, ut
si â patre stipularetur filius, ne ob futuram ingratitude-
m exheres fieret nullius sunt momenti. Hæc enim turpem causam continent,
& ad delinquendum invitant, adeoque à bonis moribus aliena & de
jure invalida sunt. *l. Si unus 27. §. illud 3. & §. seq. D. de pact. l. illud*
convenire. §. D. de pact. dotal. l. Ita autem §. Julianus 7. D. de administ.
& pericul. tut. Joh. Vaud. lib. 1. quest. 13. n. 6. & seqq. Illa autem &
Juri veteri minimè adversa fuerunt; cum & pater emancipans fi-
lium contractâ fiduciâ (de quâ vid. Caj. *lib. 1. inst. t. 6. §. Item per eman-*
cipationem. 3. Rævard. de autor prud. c. §. p. 976. A. Cont. de heredit. &
bonor. poss. p. 64. & seq. Vultei. ad §. præterea §. n. 3. Inst. Q. M. J.
P. P. S.) sibi sic conservaret jus succedendi filio, instar patroni, vi i-
stius fiduciæ quæ ob hunc finem tantum interponebatur *§. f. J. de*
leg. agn. success. Caj. *d. loc. A. Cont. d. loc. p. 66. & seq.* Qui ad arroga-
ti impuberis hereditatem vocantur, possunt etiam ab arrogatore sti-
pulari, hereditatem sibi restitui, si ante pubertatem moriatur. *l. non*
aliter 18. D. de adopt. quæ alioquin arrogatoris foret t. t. de acquisit. per
arrogat. Gædd. d. l. n. 89. & seqq. Hinc & in pactis dotalibus reserva-
tio successio-
nis in favorem agnatorum & liberorum facta valet. Ant.
Gometz. *ad ll. Tauri. l. 22. n. 19. Wesenb. ad l. f. n. 12. C. de pact.* Secun-
dum quam sententiam Anno 1596. hic Wittebergæ à Jctis responsum
fuisse testatur Petr. Heig. *part. 1. quest. 23. n. 17.* Vid. Hart. *Pistor. d.*
lib. 4. quest. 4. n. 16. & seqq. ubi ad dissentientium à thesi Bologneti &
Vasquij objectiones respondet.

7. Valent etiam pacta generalia de dividendâ
hereditate, undecunq; obvenerit.

l. 3. §. de illo 2. D. pro soc. arg. c. ne captanda. 3. de concess. præbend.
in 6. Cum enim hæ conventiones incerti hominis hereditatem con-
cernant; ijs omnibus incommodis, ob quæ alioquin pactioes pro-
hibentur, carent. H. *Pist. d. lib. 4. q. 1. n. 22. Mod. Pist. conf. 8. n. 17.*
&



Et seqq. volum. 1. J. Dauth. ad l. f. C. de pact. n. 118. Goedd. d. l. n. 99. Du. Val. Guil. Forst. c. 6. pag. 154. de pact. Ubi & eleganter. d. §. 2. explicat & contra Riminaldum & Bereng. Fernand. probat, intercessisse ibi pactam de futurâ hereditate vivi, non mortui. Vid. Muscul. d. l. n. 84. Et seqq.

8. Minimè etiam nullius momenti sunt Contractus, per quos qui bona sua ita alteri concedit, ut illa ex vi obligationis contractæ post mortem obtineantur ab herede.

l. 1. C. ut action. ab her. Et contr. hered. ubi nova statuitur regula, ut obligatio quæ non cœpit à defuncto vel contra defunctum, à personâ heredis vel contra heredem incipere possit. Quæ contraria est veteri regulæ, de quâ in l. dubium. C. Theodos. de divers. rescript. Et §. post mortem 12. f. de mut. stipul. Quæ pactiones tamen accuratè inquirendo diversæ sunt à pactis de succedendo H. Pist. d. lib. 4. q. 2. §. f. Et q. 3. per tot. M. Pist. Consl. 19. n. 1. Et seqq. lib. 2. J. Dauth. ad d. l. f. C. de pact. n. 120. cum plurimis allegat. Quod autem vulgò in eo distinctio nem sitam esse autumant; Utrum fundentur in personâ paciscen tis, an vero bonorum obventionem contineant, ut priore modo valeant, posteriore autem non; in eo refutantur à Fachin. libr. 5. Controv. c. 85. Et Casp. Schiffordegh. d. lib. 1. Disput. forens. tract. 29. quest. 3. Et 4. qui tamen non negant licere cuilibet ita se obligare stipulan do, contrahendo & alijs modis, qui tamen non debent esse de Ju re incogniti.

9. Sed & de fidei comissariis hereditatibus pacta non tantum cum herede gravato, sed & cum ter tio quodam inita in scio gravato valent.

l. 1. l. cum proponas. 16. C. de pact. l. de fidei commissio. 11. C. de tran sact. Cujusmodi pacta legibus non contrariantur, neque improba bile votum captandæ mortis accelerant. Et sunt potiùs relictum conditionale, quod jam ex bonis defuncti recessit. Borch. in tract. de

de gradib. sub tit. heredit. pact. contract. convent. non dat. pag. 159. & seq.
Harpr. ad pr. 7. de hered. quæ ab intest. n. 13. Spem enim probabilem
& jus ex defuncti testamento jam nactus est fidei commissarius, Bart.
ad l. is potest. 18. n. 11. de acquir. heredit. ut heredem institutum etiam
ad cavendum cogere possit l. cum Artemidoram. 4. C. ut in possess. legat.
l. inter omnes. 12. D. qui satis dare cog. Et non tam heredi gravato,
quàm testatori gravanti succedere intelligitur. l. coheredi. 41 § cum
filia, D. de vulg. & pupil. substit. H. Pist. d. q. 1 n. 24. Diff. Bolognet. ad
d. l. f. n. 36. C. de pact. Dauth. ad eandem n. 103.

10. Valida etiam sunt, si consenserit is de cujus
successione agitur, & in eâ voluntate ad mortem
usque perseveraverit.

d. l. f. C. de pact. Quo in casu etiam nihil fieri existimatur ad-
versus rationes, quæ aliàs prohibitioni pactorum successoriorum
subiunt. Jura enim præsumptiones à se introductas ob causam ali-
quam accedentem tollunt. H. Pist. d. q. 1 n. 29. Lex autem permittit,
omnem turpitudinem applicata voluntas viventis tollit, testandi
licentia remanet, habetque hic consensus ejus, de cujus futurâ he-
reditate quæritur, vim donationis mortis causâ, quoad modum di-
videndæ hereditatis, ut per verba d. l. f. Et in ea usq. ad extremum & c.
C. de pact. opinatur Goëdd. d. c. 6. de contrah. & comm stipul. n. 100. cum
Natta ad d. c. quamvis de pact. in 6. n. 11. L. autem istam finalem tan-
tùm de pactis de succedendo minimè autè de non succedendo loqui,
proinde ad hæc incommodè extendi probat A. Fab. dec. 12. err. pragm.
4. Vide ad istam l. f. C. de pact. Cagnol. Bolognet. Dec. Gozadin. Al-
ciat. Dauth. &c.

11. Sicut & de hereditate inter milites.

l. licet. 19. C. pact. Quoniam, ut ibidem additur ratio, voluntas
militum quoquo modo contemplatione mortis in scripturam dedu-
cta vim postremi judicij obtinet. Valent igitur non ut pacta, sed
ut ultimæ voluntates revocabiles. Dn. Valent. Forster. libr. 4. de suc-
ces.

ces. capit. 24. num. 8. Hart. Pistor. libr. 4. quest. 2. num. 36. Unde ejusmodi reciprocas pactiones non tantum valere, sed & simplices cum Alex. Dec. Curt. junior. statuit Hart. Pistor. *d. loc. contra Socin. Natt. Tiraquell. Vasquium & alios.* Requiritur tamen, ut milites in castris degant, vel in expeditione sint, *argum. §. sed haecenus 3. J. de mil. test. l. 1. in fin. l. milites 15 l. pen. C. de test. mil. l. f. D. eod. non, ut in pugna vel discrimine praelij versentur. Hottom. conf. 72. n. 40. Hart. Pistor. d. q. n. 37. J. Dauth. de testam. n. 85. pag. 127. Diss. Cujacius libr. 16. observ. c. 39. Extra castra autem Jure communi utuntur. Cacher. d. decis. 100. num. 46. Gail. lib. 2. observ. 118. n. 6.* Proinde & illud privilegium militare ad militiam, rogatam minimè pertinere asserit Muscul. *d. loc. n. 69.*

12, Non etiam nullius momenti censenda, quoties consuetudine vel statuto alia pacta sunt introducta.

Cum enim potissima ratio, cur pacta successoria regulariter non stringant, ea sit, quoniam legibus sunt prohibita; sequetur, quando lege adjuvantur, ea quoque rata esse debere. Consuetudo autem est lex non scripta, & ejusdem cum jure scripto autoritatis & valoris, *l. de quibus 32. cum ll. seqq. D. de ll. 2. F. 1. vers. legum autem Vid. praeter caeteros Gr. Lopez. animadvers. Juris Civ. c. 5. Pac. Cent. 1. quest. 14. Donell. 1. com. m. 10. & ibid. Osyv. Hillig. & ab hoc alleg. Neque obstat. lex 2. Codic. quæ sit long. consvet. Loquitur enim de consuetudine irrationabili, per verba, ut aut rationem vincat &c. Arum. Exercit. Justin. 1. thes. 21. & Disputat. ad D. 1. question. 12. quamvis aliter respondetur à Gothofred. ibid. Donell. dict. loc. Muret. ad l. 37. de ll. Forcatul. dialog. 1. numer. 75. & seqq. Ludov. Vital. variar. lection. libr. 2. cap. 20. Rittershus. partition. feudal. libr. 1. cap. 1. quest. 9. Goedd. ad l. 107. num. 3. de verbor. signif. Vid. And. Gerbard. Exerc. 1. quest. 9. Statutum etiam certo in loco legis vim habet. cap. 1. & 2. de constitut. in 6. Et statuta leges vocantur l. 6. in princ. D. Quod cujusq; univers. &c. l. f. de decret. ab ordinib. faciend. l. 25. ad municipalem. l. 11. §. 1. de munerib. & honorib. l. 10. de Decur. l. 10. C. de serv. reipubl. man. Sonsbec. de feud. partit. 1. num. 2. & seqq. Unde consuetudine vel statuto approbari*

ejus.

ejusmodi pacta possunt ita, ut irrevocabiliter valeant Hart. Pistor. *d. quest. 2. n. 44.* Dn. Valent. Forster. *d. libr. 4. cap. 24. num. 23.* Harpr. *ad princ. Instit. de hered. & c. num. 27.* Et tales consuetudines adeò invaluisse, ut propemodum frustranea videatur omnis dubitatio, ait Petr. Heig. *d. quest. 23. num. 34.* Hinc tertiam heredum speciem veteribus incognitam jam moribus introductam asserunt Hotom. *d. cons. 73. numer. 34 & seqq.* Joh. Dauth. *d. loc. num. 86. vers. Nam etsi Hub. Gifan. tr. feud. cap. 12. n. 58.* Sic in Germaniâ inter illustres personas pacta familiaria de successione, quæ vulgò *Erbvorbrüderung* vel *Erbvorerbigung* vocantur, passim valent. Rationes quibus ea fulciuntur habent Nicol. Reusner. *libr. 1. cons. 7. num. 54.* Gail. *2. obser. 127.* Dauth. *in tractat. de testam. sub titul. de mutand. testam. potest. numer. 86. §. Et huc principum Germaniæ, & c.* Georg. Schonborn. *libr. 2. politic. cap. 3.* Ita pacti sunt duce: Saxonix cum Landgravijs Hassiæ Anno 1268. Chytr. *in Chronic. Saxon. libr. 18.* Et postmodum etiam cum domo Brandenburgensi Renovatumque illud pactum est Naumburgi ad Salam Anno 1555. Sleidan. *libr. 26.* Et anno 1614. in vere ibid. Eodem modo pactum de succedendo inierunt Johannes Fridericus II. Johan. Wilhelm. & Johan. Frider. III. consentiente Landgravio Hassiæ cum Principibus Hennebergicis Anno 1554. Calend. Septemb. Conditio evenit in Principibus Hennebergicis Anno 1583. Schonborn. *d. loc. ubi multa ejusmodi pactorum familiarium refert. exempla.* Vid. Gail. *2. observat. 172. Zas. volumin. 2. cons. 1.* Hotoman. *consil. 72. numer. 34.* Knichen. *ad Privileg. Saxonie. c. 2. circa fin. & c. 3.* I. Dauth. *d. tractat. de testament. numer. 68. & sequentib.* Ubi in familijs talis consuetudo non est in veterata (hæc enim instar privilegii est *l. hoc jure 3. §. ductus aque. 4. D. de aqu. quot. & estiv.*) requiritur confirmatio Principis, quæ & à magnis familijs jurisdictionem habentibus tutò peti solet secundum Petr. Heig. *d. loc. numer. 44.* & aliàs sufficit ad valorem ejus, quod de Jure non subsistit *argument. l. 2. Cod. quand. decret. op. non est. l. 5. Cod. de legat. l. 12. Cod. de ll. Dn. Valentin. Forster. libr. 4. de success. c. 24. numer. 26.* Valent etiam in Germaniâ passim pacta dotalia, de successione conjugum disponentia contra *l. hereditas 9. Codic. de pact. convent. Aurpach. singular. allegat. libr. 2. capit. 21* & in Camera Imperii supremâ judicando firmata. Mynsinger. *Cent. 2. observ. 33.* quæ donationibus potiùs accensenda esse



esse existimat Hart. Pistor. *d. question. 2. num. 16.* & in speciem donationis inter vivos cadere cum quam plurimis allegatis sentit Andr. Gail. *2. observat. 116. numer 3.* Saxonico Jure pacta dotalia de hereditate conjugum quinque testes exigunt, & vi ultimæ voluntatis valent *part. 2. Constitut. Electoral. 43.* Proinde & revocationi subjacent. Petr. Heig. *d. quest. 23. num. 36.* Quod de consuetudine quoque passim, sicut in donatione mortis causâ *l. final. C. de donat. mort. caus.* receptum esse refert Wesenb. *in paratit. Digest. de pact. dotal. numer. fin.* Sic quoque pacta renunciativa foeminarum passim valent in Germaniâ de consuetudine. Muscul. *d. tr. concl. 5. & 6.* De Jure quoque Saxonico, sive in judicio sive extra judicium. *Sandrecht lib. 1. artic. 13.* Eaque sine juramento valida esse notat *ibid. gloss. Latin. sub liter. F.* Quod tamen non admittit sed consuetudinem fori Saxonici juramentum requirere ait. Hart. Pistor. *d. libr. 4. question. 5. numer. 3.* Vid. Muscul. *conclus. 5. numer. 185.* Pacta quoque de unione prolium in Germaniâ recepta sunt, ut revocari etiam nequeant. Gail. *2. observat. 125.* Rick. *in tract. de un. prob. c. ult.* Heig. *d. q. 27.* Vid. de ijs acc. ratè scribentes Rick. Barth. Muscul. *d. tr. de succ. convent. cl. 1. membr. 3.* Ha. pr. *ad S. f. J. de adopt. n. 14. & seqq.* Atq; hæc quidem sunt præcipua pacta de succedendo & non succedendo, quæ valent. Decate is præter Musculum vid. H. Pistor. *lib. 4. quest. 1. & seqq.* Dn. Val. Fortit. *d. l. 4. c. 24. n. 8. & seqq.* Harpr. *ad pr. 1. de hered. qua ab intest. def. & al.*

13. Equibus liquet, de Jure communi scripto aliam speciem ordinariam, præter duas in thesi secundâ propositas, non dari.

Pacta successoria enim quando conceduntur exorbitant à Regulâ Juris Communis. Vid. Musc. *d. l. m. 1. concl. 1. n. 28.* & vel de consuetudine tantum, vel ex statutis tolerantur, vel vi ultimæ voluntatis sustinentur ratione quoque & respectu duarum dictarum successio- num rarò contingere existimantur.

14. Successionis autem vocabulo simpliciter posito

fito & testamentariam & alteram ab intestato desi-
gnari certum est, nisi aliud evidenter è textu appa-
reat.

l. t. C. comm. de success. l. fluminum. 24. §. adjicitur 1. D. de damn. inf. l. 1. §. Illud. tenendum 13. D. quod legat. Tiraquell. in tract. Le mort sai sit. p. 2. decl. 7. n. 7. Valq. de success. creat. in præfat. n. 15. & seqq. Magnif. Dn. Leonh. Coppel. in trimest. repet. tit. D. qui test. fac. ad rub. n. 15. Pet. Heig. de Legit. Success. c. 2. n. 13. Joh. Dauth. de testam. n. 6. Hænon. Disput. 8. ad sel. pand. mat. th. 1. lit. A. Diff. Socin. lib. 1. conf. 30. existimans hanc tantum intelligi.

15. De hâc autem, quæ ab intestato defertur, hâc & seqq. aliquot disputationibus, Deo optimo maximo conatus clementissimè fortunante, acturi ejus frequentiam, utilitatem & necessitatem multis inculcare non opus judicamus.

Quid enim fermè crebrius contingit in vitâ humanâ? ut non immeritò quod Ulp. ait *in l. 1. de in integ. restit. utilitas hujus tituli non eget commendatione*, ipse enim se ostendit: ad hanc materiam transtulerit Harpr. *ad pr. §. de success. quæ ab intest. def. n. 1.* Nulla enim partè Juris Civilis materia habetur, quæ sapiùs in foro occurrat, quàm hæc, teste eod. Harpr. *ibid.* Perfectior proinde ejus cognitio non tantum utilis, sed & præsertim necessaria erit.

16. Præcognoscendum autem est necessariò; quinam Intestati dicantur? Primò igitur intestatus dicitur ratione actus & facti, qui planè testamen-
tum non fecit, licet de Jure facere potuisset.

pr. §. de success. quæ ab intest. def. l. 1. D. de suis & legit. l. 4. Cod. de legit. hered. lib. 45. Basil. tit. 1. c. 4. Aut quia fortè noluit, legitimis hereditibus,

redibus aliquid detrahere & proinde inutilem laborem suspicere re-
nuens, & sic sponte sua iis legitimam hereditatem relinquere dicitur
in *l. conficiuntur* 8. §. 1. *D. de Jur. Codic.* Aut si forte voluit, morte
tamen preventus fuit. Aut defuerunt ei necessaria ad testamentum.
Vult. *ad pr. I. de her. qua ab intest. def. n. 7. A. Cont. de hered. & c. pag. 18.*
Et hic quidem propriissime intestatus dicitur.

**17. Quid si Codicillos tantum fecerit, existima-
bitur etiam intestatus decessisse? A.**

§. 1. *ibi Intestatus quis decedens fideicommittere Codicillis potest.*
I. de Codicil d. l. 8. §. 1. D. de Jur. Codic. Testatum enim aut intesta-
tum esse est adjunctum hereditatis, quæ Codicillis neq; datur, neq;
adimitur. §. *Codicillis* 2. *J. de Codicill l. Divi. 6. D. de Jure Codicill l. Qui-*
dam 27. §. *un. D. de condit. instit. l. Scævola* 76. *ad Scutum Trebell. l. 2.*
l. 7. C. de Codicill. Directo scilicet. Verbis enim fidei commissa-
riis potest hereditas per Codicillos relinqui. *d. §. 2. J. de Codicill. d. l. 2.*
C. eod. Val. Forst. lib. 1. c. 20 n. 13. & seqq. Donell. libr. 7. comm. c. 19.
Vult. ad pr. J. de success. n. 7. Joh. Fab. ibid. n. 4. & Harppr. num. 473.

**18. Nisi fuerit miles, qui per Codicillos testa-
tus existimatur, & in jisdem directò heredem in-
stituit,**

l. 19. in pr. l. 35. l. 36. in pr. D. de testam. mil. Zoanet. in tract. de
Rom. Imp. n. 23. Olyv. Hillig. lib. 7. c. 19. Donell. enucl. in not. sub lit. N.
Militis enim testamentum imperfectum perfecti vires habet. *d. l. 35. D.*
de test. mil. Et quælibet ejus voluntas pro testamento habetur. *l. ejus.*
34. in fin. D. de testam. mil. In eo enim multa quoad ultimas volun-
tates peculiariter sunt recepta, ob præmium *l. 26. in fin. D. eod. & sim-*
plicitatem seu imperitiam in milite tolerabilem, ex armorum occu-
patione & defectu occasionis consulendi provenientem l. f. in pr. & §.
f. C. de Jur. delib. pr. I. de milit. test. ac periculorum functionem. Un-
de qui in iisdem periculis eodem jure uti possunt. l. f. D. de test. mil.
Hotom. ad pr. J. de test. mil. Donell. lib. 6. c. 28. & ad rubr. C. de mil.
test. Bocer. lib. 1. de jur. belli. c. 2.

19. Deinde

19. Deinde intestati nomine venit ratione effectus, & vel simpliciter, qui testamentum quidem fecit, sed aut vi vel metu extortum.

In testamentis enim voluntatis nostræ iusta sententia requiritur, *l. 1. D. qui test. fac. poss.* Atqui talis voluntas non potest dici nostra, sed potius ejus qui cogit; neq; iusta, cum fit contra Jus, quod liberrimam exigit voluntatem *l. 1. C. de SS. Eccles. l. 1. C. si quis aliq. test. prohib. vel coeg. Nov. 22. c. 2.* Unde testamentum tale ipso Jure nullum esse & hereditatem ad legitimos heredes devolvi, non verò per fiscum tanquam scripto indigno auferri probant Vasq. *lib. 2. de success. creat. §. 17. requis. 22. n. 4. & 5. & lib. 3. §. 21. limit. 7. n. 82.* Magnif. Dn. Leonhard. Coppel. *ad l. 1. D. qui test. fac. poss. ad voc. Voluntatis. n. 2. & in Disput. univers. success. 1. tb. 5. lit. B.* Hieron. Pantschm. *lib. 2. quest. 22. n. 33. & seqq.* Quod expressè quoq; approbatur in *Constit. Elect. 5. part. 3.* Vid. & Dan. Moller. *ibid. ut & lib. 3. Semest. c. 42.*

20. Aut aliàs injustum,

d. pr. I. de heredit. qua ab intest. def. d. l. 1. D. de suis & legit. utpote, si Juris solennia omisit. *l. 1. D. de injust. rupt. irrit. l. si unus 17. l. hac consultißima 21. C. de testam. l. 23. C. de fideicom. r. r. f. de testam. ordin. vel contra jus exheredavit vel præterit filium famil.* Quod testamentum nullius momenti dicitur in *l. d. 1. D. de injust. rupt. irrit. & injustum l. 3. §. D. eod.* Paria enim sunt, aliquid omninò non fieri, & minus rectè. *§. pen. I. quib. mod. test. infirm. l. quotiens. 6. D. de bon. poss. contra tab. l. 8. §. si convenerit. D. ad Sctum Vellejan. Heig. ad pr. f. Quib. mod. test. infirm. n. 1. ibidemq; Hotom. ubi & distinguit inter testamenti vitium insitum & adventitium. Vult. ad pr. I. de hered. qua ab int. & c. n. 7. Harppr. ibid. n. 433. & seq.*

21. Vel non simpliciter, sed ex post facto, cujus testamentum infirmatum fuit, utpote si ruptum agnatione sui heredis, aut mutatione,

d. pr.

d. pr. I. de her. que ab intest. §. 1. & 2. I. de exher. lib. pr. §. 1. 2. 3. I. quib. mod. test. & c. d. l. 1. D. de suis & legit. d. l. 1. l. 3. §. 3. de injust. rupt. irrit. Hott. ad §. 1. I. de exher. liber. Duar. ad tit. de injust. rupt. & c. Don. 6. comm. 16. Vid. ibid. Osyv. Hillig. in not. sub lit. G. Et rupto quidem testamento per agnationem semper ad causam intestati res recidit, rupto autem mutatione non semper. Nam alio testamento posteriore prius quidem rumpitur, sed tamen ex testamento posteriore testatus aliquis decedit. Vult. ad d. pr. n. 7.

22. Vel si irritum factum fuit, aut ex parte testatoris, ob capitis deminutionem,

*d. pr. I. de her. & c. §. hoc a. 5. I. quib. mod. test. inf. Ubi tamen, distinguendum: aut intervenit maxima vel media capitis deminutio, aut minima per arrogationem, & si mortis tempore in adoptivi patris potestate fuit, tum planè irritum fit testamentum, & neq; Jure Civili neq; prætorio sustentatur. Per emancipationem autem non redditur aliquis intestatus *l. si quis 6. §. f. D. de intest. rupt. irrit. & c. Don. d. lib. 6. c. 16.* De Jure novo non ampliùs per eam caput minuitur, sublatâ imaginariâ venditione de servitute, ut probant Donell. *d. loc. Vacon. à Vacun. i. decl. 16. n. 11. A. Govean. 1. V. L. 26.**

23. Aut ex personâ heredis scripti, si heres non exstiterit,

*d. §. 1. I. de her. que ab int. def. d. l. 1. D. de injust. rupt. irrit. l. Si quis posthumus 9. §. ver. f. D. de liber. & posth. l. intestatus 64. de V. S. Et sic ex personâ heredis testamentum effectu caret; vel quia heres scriptus adire noluit, cum jure posset, hoc est, repudiavit, cum esset extraneus, aut abstinuit, cum esset suus: vel quia non potuit, etsi voluisset, impeditus aut naturâ aut jure. Et in his casibus magis propriè destitui testamentum dicitur *§. cum autem. 7. I. b. t. l. 9. §. 2. D. de liber. & posth. l. f. in fin. D. de condit. inst. §. 8. I. b. t.* Et quamvis eo tempore, quo testator decedit, testatus decessisse videatur; attamen cum hæc res tractum habeat, & quodammodo ab herede dependeat, *§. An-**

te

te heredis institutionem 34. de legat. existimari non potest firmum, ra-
rum, perfectumq; testamentum quoad effectum, nisi aditâ heredita-
te, propter regulam Juris: vim omnem testamenti solvi, si nemo he-
reditatem adierit *l. si nemo 9. D. de test. tut. l. filium 20. in pr. D. de bon.
poss. cont. tab. l. si nemo. 181. de R. I. l. 14. C. de fideicomm. Harppr. ad d.
pr. l. n. 475. Phil. Matth. ad l. quamdiu 89. de R. I.* Redditur autem
tùm demum irritum testamentum ex dictis causis, si nullus adsit
substitutus, aut alius cum illo institutus, cui portio deficiens accre-
scat. Nam alterutro horum præsente & hereditatem acquirente
testamentum irritum non redditur. Vult. *ad §. alio autem modo. 4. l.
quib. mod. test. infirm. n. 7.*

24. Quid autem habendum; quando heres
scriptus hereditate indignus est? Et tùm quasi irri-
tum fit testamentum.

Indignus licet hereditatem acquirere posset & vellet, culpâ ta-
men propriâ non admittitur; & si acquisita fuerit eidem aufertur:
utpote si testatoris necem inultam reliquerit *l. 1. si ideo. l. sororem. §. t.
t. C. quib. ut indign. ac t. t. D. de Scit. Silan.* Item, si defuncti volunta-
tem implere noluerit *l. non oportet. §. C. quib. ut indign.*

25. Idem quoq; asserimus de eo casu, quando
scriptus hereditatis incapax est.

Tamen enim redit ad caducum, vel causam caduci. Vult. *ad §. alio
autem modo 4. l. quib. mod. test. infirm.*

26. Intestatus quoq; decedit ex post facto, cu-
jus testamentum per inofficiosi querelam rescissum,
vel per bonorum possessionem contra tabulas ever-
sum est.

*l. 17. l. 19. de inoff. test. l. ut liberis 17. C. de collat. §. 3. l. de exher. li-
ber.* Et dicit Imp. *in pr. l. b. t.* generaliter: *Si ex eo nemo heres extiterit.*

D

Donel.



Donell. *d. lib. 6. cap. 16. & lib. 9. capit. 1. Jas. ad l. fin. C. de bonor. poss. contra tabul.* Et certum est quoad effectum tale testamentum æquale esse rupto & irrito. Ac quamvis quidem Prator ea, quæ Juris Civilis sunt, directò tollere nequeat, quoad vim tamen & effectum annihilare potest. Vid. Anton. Fabr. *lib. 1. J. P. t. 2. princ. 10. ill. 2. Dissent. Vultej. ad d. princ. l. de hered. quæ ab intest. deferunt. num. 9. & quoad poster. Eman. Costa. ad l. Gallus. §. & quia si tantum p. 3. n. 120. & seqq. D. de lib. & posthum.*

27. Tandem intestatus quoq; dicitur ratione potentia, qui testamenti factionem activam non habet.

Utpote impubes, furiosus, prodigus, servus, deportatus & alij (quorum 15. recenset Anton. Cont. *de hered. & p. 18. in tab. l. credendum. 4. §. 3. D. qui pet. tut. l. 4. l. 5. l. 19. D. qui test. fac. poss. l. 37. de vulg. & pup. subst. l. 9. de reb. dub. l. 14. §. fin. ad l. falcid. l. 2. §. 5. 23. D. ad Scrum Tertull. l. omnem. 6. C. eod. l. 27. C. de testam. l. sci at 10. C. de leg. hered. Paul. lib. 4. sent. t. 8. in pr.* Et hinc non propriè intestatorum nomine veniunt *l. 1. in pr. vers. planè. D. de suis & legit. hered. l. 2. §. 3. D. unde legit.* Cum privatio præsupponat habitum. Hic autem est defectus potentia *d. l. 4. D. qui test. fac.* proinde rectius intestabiles vocarentur. Forner. *ad l. 64. de V. S.* Quod autem potentiam in his locum habere contendit Hanon. *Disp. I. 12. tb. 1. & disp. 2. q. 2. ad l. 7. de R. J.* nisi de remotâ & quæ in actum deduci nequeat, nisi non & nomina ista amittantur, loquatur, non apparet, que modo locum habere possit. Proximam enim non adesse certum est. In usu autem Juris & loquendi intestati communiter dicuntur.

28. Unde in statutis intestatorum nomine contineri dubium non est.

I. Quoniam hæc significatio Juris & loquendi communi usu recepta & approbata est. In statutis autem communem juris & loquendi usum observandum esse nemo dubitat *arg. l. librorum 52. §. quod*

quod tamen 4. D. de legat. 3 l. 18. §. item 3. D. de instr. vel instr. leg. Br. & alij in l. omnes populi 9. D. de 7. §. 7. II. Omnis hereditas aut ex testamento aut ab intestato defertur, & tertia species non datur. §. f. 7. per quas pers. cuiq. l. 1. D. de petit. hered. l. 1. in pr. D. si tab. test. null. sup. tb. 2. §. seqq. E. hereditas à pupillo, cui nullus testamento substitutus est, alterutro modo alij obveniet. Non autem priori. E. posteriori. Quapropter & pupillus intestatus ibi dicitur. Br. ad d. l. 1. D. de suis & legit. Valent. Forst l. 3. c. 4. n. 14. §. seqq. Harppr. add. pr. §. de succ. n. 465. §. seqq. Gœdd. ad l. Intestatus 64. de V. S. Fachin. lib. 4. contr. c. 74. Treutl. Diss. 16. tb. 1. lit. A. vol. 2. A Gerh. dec. 11. quest. 1. & alij, quos acervatim allegant Dn. Forst. d. l. n. 12. & Harppr. d. l. Et ab hac opinione in judicando non esse recedendum monet Grass. Diff. Al. Trentacinq. de substit. p. 2. c. 3. Joh. Faber ad pr. §. de succ. & alij, quos magno numero produciunt Forst. d. l. n. 3. Harppr. n. 465. Non obst. Quod verba statutorum sint strictè accipienda, uti vulgò probare conantur per l. 3. §. de negoc. gest. Id ipsum siquidem negatur. Ita enim explicanda & accipienda sunt, ut menti statuentium conveniant, qui in dubio cum jure communi loqui & terminos ita accipere, prout in isto usurpantur, præsumuntur l. 5. vers. quod omnes Cod. de ll. l. in ambigua 29. D. de ll. l. 64. de R. N. In interpretatione statutorum siquidem regulariter idem, quod in cæteris legibus est faciendum, cum & ista leges sint, & iisdem annumerentur l. f. D. de decr. ab ordin. fac. l. 10. D. de decur. tb. 12. sup. Et adductâ l. 3. §. 6. nihil minus probatur, sed ipsis dissentientibus potius locus iste adversatur; quoniam de extensione edicti agit. Nec officit, restrictivam interpretationem faciendam esse in exorbitantibus à Jure communi. Respondetur siquidem; id tum verum esse, si non alia significatio est de Jure recepta, ad quam se conformare velle statutorum autores præsumuntur; & si sententia est dubia; & ratio non eadem & urgens in aliis & iis, quæ non continentur expressè sub statuto. Duaren. ad l. 3. D. de acq. vel araitt. poss. Gothofr. ad l. 64. de R. N. Fachin. d. l. 4. c. 74. lib. 10. c. 29. §. lib. 11. c. 68. Treutl. disp. 1. tb. 10. E. vol. 1. Niel. disp. feud. 4. tb. 2. Borcholt. de V. O. c. 1. Diss. Vac. à Vac. 6. decl. 91.

29. In dubio autem an præsumetur quis intestatus an verò testatus decessisse? A. prius, etiam si in loco fieri soleant crebro testamenta.

D 2

Quo-



Quoniam ea quæ facti sunt & quæ in solennibus consistunt regulariter non præsumuntur *l. 1. l. 21. C. de probat. l. adseveratio 10. C. de non num. pec. l. si emancipati 9. C. de collat.* Imò facta etiam prudentissimos latent *l. 2. D. de Jur. & fact. ign. l. f. in fin. D. pro suo.* Cagnolus Alexander Jason & alij commun. *ad d. l. si emancipati. 9. C. de collat.;* M. Ant. Natta *Conf. 106. n. 5. Corn. conf. 299. n. 10 vol. 3. & conf. 197. n. 3. vol. 4.* Guid Pap. *in tr. de præsumt. n. 96* Treutl. *vol. 2. Diss. 16. th. 1. lit. A. in fin.* Diff. Rom. *in d. l. 9. C. de collat. Aretin. in l. sed etsi de sua 34. D. de acquir. hered. Phil. de Gloum. Exercit. 5 th. 1. lit. A. p. 243.* Nihil huc facit §. 7. *l. de hered. quæ ab intest. def. quem urget Phil. de Gloum.*

30. Unde legitimam petens hereditatem necesse non habet probare intestatum aliquem decessisse, sed se pro piorem gradu & à lege vocatum esse,

Quoniam de Jure pertinet defuncti hereditas ad proximos. *Nov. 118.* Proinde qui intentionem suam habet in Jure fundatam, petere potest debitum. Atqui iste habet. E. Unde ab eo qui dicit alterum jure aliquo prohiberi specialiter id probari oportet *l. ab ea parte 5. in pr. D. de probat.* Et minimè exigitur ab actore, ut postquam intentionem suam probavit, etiam ostendere teneatur, nullâ exceptione se excludi; sed adversarius suas probet exceptiones. *l. in exceptionibus 19. D. de probat.* Franc. Mantic. *lib. 2. de conject. ult. vol. tit. 1.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 937.* Menoch. *lib. 4. præsumt. c. 1.* Covarruv. *2. variar. resol. c. 6. n. 5.* Petr. Heig. *hic c. 2. n. 5.* Fachin. *lib. 6. c. 46.* Matth. Stephan. *cent. 3. quest. Jur. 2.*

31. Sin^l autem appareat adesse testamentum, istud quoq; firmum præsumitur, donec infirmetur.

Pr. J. quib. mod. test. infirm. Et aliàs ultimæ voluntates interpretatione etiam, quoad possunt, sustinentur, *argum. l. 16. de Legat. 1. l. 64. de Legat. 2. l. 8. §. 2. D. de bon. poss. sec. tab. l. 17. l. 33. de C. & D. Hotom. ad §. & unum 4. J. de hered. inst.* Ac regulariter pro validitate

ditate cujuslibet actus præsumitur Menoch. *de præsumt. & Dd. passim.*

32. Unde quamdiu heres expectatur è testamento, cessat is, qui ab intestato succederet.

l. quamdiu 39. l. in plurium 70. de acqu. vel om. her. l. quamdiu 89. d. R. I. l. 6. de injust. rupt. irr. l. 4. §. 4. D. de re jud. l. 1. D. de eo quod certo loc. §. proximus 6. I. de Leg. agn. succ. l. ex testamento 2. C. unde lib. l. antequam 8. C. Comm. de succ. Nov. 22. c. 2. Nam provisio hominis tollit provisionem legis *l. f. C. de pact. conv.* Decian. *vol. 3. resp. 78. n. 23.* Et nihil magis debetur hominibus, quam ultimæ voluntatis conservatio *l. 1. C. de SS. Eccl. Vid. ad d. l. 89. de R. I. P. Fab. Phil. Matth. Hub. Gifan. & Dion. Gothofr.*

33. Est igitur successio ab intestato hereditatis principaliter & immediatè juris constitutione, sine voluntate expressâ defuncti, delatæ acquisitio.

Quando enim testamentum vel planè nullum adest, vel præfens nullas habet vires, tum jus vocat ad hereditatem defuncti proximos sanguine & gradu, iisque deficientibus alios quasi in subsidium. *§. 1. & t. t. ut & tit. seqq. I. de her. que ab int. def. l. 1. l. 2. l. 3. l. 8. D. de her. pet. l. 17. §. 1. l. 77. de acqu. vel omit. her. l. 82. de her. inst. l. 2. D. ad SC. Tertull. l. 11. D. de suis & legit. l. 11. de Jure patron. l. 6. l. 7. D. si quis om. caus. test. l. 47. §. f. D. de fideic. libert. l. 3. de int. & releg.* Et non quidem omnis voluntas defuncti sic penitus removetur sed expressa *l. 8. §. 1. D. de Jure Cod. l. 6. in pr. & §. 1. D. si quis om. caus. testam. l. 2. C. de bon. ma Br. add. l. Gallus 29. §. & quid si tantum 5. D. de lib. & postb. Valsq. lib. 3. de succ. prog. in præs. n. 1. Val. Forst. lib. 1. c. 12. n. 1. & 3. P. Greg. lib. 43. syntagm. 1. n. 7. Don. lib. 7. c. 16. Guil. Ranchin. de succ. ab int. §. 1. n. 6.* Unde ex eâ directò succedi nequit. Vid. *Don. lib. 2. comm. c. 1. Vult. ad pr. l. b. t. n. 2. & 4. & lib. 1. Jurisp. Rom. c. 74.*

34. Unde & hæc aliàs *Justa & Legitima* dicitur.

D 3

l. 3.



*l. 3. §. de illo 2. (ubi Justa incongruè exponitur ab Alc. ad l. 103. de V. S. & lib 4. parad. c. 7. unde refutatur à Nic. Bell. lib 3. supp Jur. c. 7. & Ar. Pinel. ad l. 2. C. de bon. mat. n. 6. malè etiam ab Hipp. Rimin. ad l. un. C. quando non pet. part. n. 29. convenientiùs ab Ar. Pin. d. l. & Val. Forst. lib. 1. de succ. c. 18. n. 15. & seqq.) D. pro soc. Hæc enim potissimùm juri seu legi innititur. Unde lex de tali hereditate disponere, & hac lege ad aliquem redire dicitur *l. si pecuniam 3. D. si quis om. caus. test.* Atq; hinc legitima successio tanquam ab intestato testamentariæ opponitur in jure. *l. 13. in pr. l. 17. §. 7. l. 27. l. 39. l. 79. l. 77. D. de acq. vel om. her. 82. de inst. her. l. 19. D. de inoff. test. l. 11. C. eod. & c.* Unde non dubium in dispositione per *justam* vel *legitimam* intelligendam esse eam ab intestato *d. l. 3. §. 2. D. pro soc.* secundum propriam & in jure quoq; usitatissimam significationem. Accurf. *ad l. legitimam 8. D. de her. pet.* Cagnol. *ad d. l. un. C. quando non pet. part.* Bellon. *d. loc.* Val. Forst. *lib. 1. c. 17. n. 14. P. Heig. d. c. 2. n. 9. de suc. l. Ar. Pin. d. loc. n. 5. & seq. Vult. ad t. I. de her. quæ ab int. def. n. 1. & 2. Gœdd. ad l. 130. de V. S. Diff. Alc. d. loc. Budæus ad d. l. C. 3. D. pro soc.* Non obit. *d. l. 130. de V. S.* Non enim sub hoc tit. propria & præcipua nec usitatissima significatio semper traditur *arg. l. Labeo 19. l. alienationis 28. & c. Ar. Pin. ad auth. nisi tricennale n. 28. & seq. & ad l. 2. n. 5. C. de bon. mat. Dn. V. Gu. Forst. lib. 2. obs. c. 18. & sic neq; in hac l. per verba ult. Vid. Alc. ib. n. 6. Neq; obest, quòd ibi habetur non improprie: id n. est non incongruè, non absurdè & c. ut quærat, non an sub propria & strictâ vel in jure potissimùm receptâ significatione legitima contineatur testamentaria, sed an absurdè secundum latiore acceptionem testamentaria legitima dicatur. Distinguitur aliàs quoq; inter vocolas, Proprie, Improprie & non improprie sic, ut Proprie denotet naturam rei, Improprie proprietatis contrarium, Non improprie similitudinem & vicinitatem cum propria significatione *arg. l. 1. D. de suis. & leg. Dn. V. Forst. d. lib. 1. c. 17. n. 15. Dn. V. Gu. Forst. de pact. c. 6. p. 156. Forn. ad d. l. 130. ibidemq; Gœdd. n. 3. & 5. Rejicit istam distinctionem P. Gilken. ad §. item 44. I. de R. D. & ad l. 22. C. de R. V. c. 1. n. 9. adversus quæ eam defendit. Dn. Val. Guil. Forst. l. 20. obs. c. 18.***

35. Inde tamen minimè infertur, successionem ab intestato quoad propinquos, in Jure gentium non esse fundatam.

Cuncti

Cuncti enim populi successione hâc utuntur ex ratione naturali, conjunctione sanguinis videlicet, & propenso erga propinquos affectu. Hinc naturali æquitate contingere *l. 1. § 4. de suis & legit.* & naturalis causa subesse *autb. in successione C. de suis & legit.* & ratio naturalis liberis parentum hereditatem addicere asseritur. *l. cum ratio 7. D. de bon. damn.* & istis ex naturæ & parentum voto hereditas deberi dicitur *l. scripto 7. §. f. D. si tabul. test. null. Fac. huc l. un. C. de imp. lucr. desc. lib. 10. l. f. §. si verò perpetuò 7. C. de Curat. fur. l. un. C. de his qui ante apert. tab. l. f. §. 7. C. de Cod.* Et non liberorum tantum sed & parentum & collateralium successio in jure naturæ vel gentium fundata est. Utrobique enim ratio naturalis quoque è jure sanguinis petita locum habet, quæ svadet, ut ad proximos cognatos potius quam alios hereditas deveniat. Probaturque *per d. l. un. C. de impon. lucr. desc. lib. 10. Nov. 1. in prafat. §. f. & c. 1 §. 2.* Ipsa proinde successio è jure naturæ vel gentium est. Ast modus succedendi è jure civili. Quod determinat quo ordine qui quibus præferendi sint. *Ofvv. Hill. lib. 9. Don enucl. c. 10. A. & lib. 19. c. 4. V. Diff. Vasq. 3 ill. quest. 100. n. 2. Alex. Picen. ad Rub. I. de test. p. 6. A. Fab. 1. I. P. 1. 7. pr. 5. illat. 2. successione hanc Juri Civili unice attribuentes. Vult. ad pr. I. de hered. quæ ab int. n. 19. Ranchin. de succ. §. 1. n. 7. statuentes à Jure G. quidem originem trahere formam autem à Jure Civili.* Si tamen per formam non essentialem sed tantum accidentalem determinationem intelligunt excusari possunt. Aliter *diff. Gothofr. add. l. 7. D. de bon. damn.* quoad parentum nimirum & collateralium successione. Nec obit. *l. 15. in pr. D. de inoff. test. d. l. 7. si tab. test. null. test.* Ictus Papinianus enim non negat naturalem rationem subesse, si casus contingat, sed utrobique loquitur de ordine communi mortalitatis & voto parentum; hinc quasi non deberi dicit. Unde lucrosa dicitur hereditas *l. f. C. de inst. & subst. tristis successio §. 2. I. de Scto Tertull.* non grata hereditas sed triste lucrum. *l. f. C. Comm. de succ. Don. lib. 19. c. 7. ibique Ofvv. Hill. D. Cuj. lib. 8. observ. c. 23. Claud. de Battand. de legit. c. 14. n. 2. & seqq.*

36. Est autem successio ab intestato de Jure Romano duplex, Civilis & Prætoria.

Diffe-

Differentias utriusq; speciei persequuntur Don. lib. 7. c. 14. Phil. Malsin. ad rub. C. qui admitt. & c. n. 510. & seqq. ubi 15. refert. V. Forst. lib. 1. c. 5. de succ. qui 16. Potissimæ apparebunt è seqq.

37. Civilis est, quæ ex legibus, SCtis & constitutionibus principum introducta est. Et ve est Juris veteris, vel novi. Illa itidem vel vetustissimi, è l. 12. tabul. vel paulò recentioris, attamen Novellâ 118. Justin. prioris,

l. 1. & seqq. D. de hered. petit. è l. 12. tabul. (quæ sup. in th. 2. relata succedebant tantum agnati l. 1. in pr. D. unde cogn. leu per sexum virilem propinquitate conjuncti Caj. lib. 2. Inst. t. 8. §. 3. Quorum duplex ordo; Descendentium, suorum l. ult. §. proximiores 3. D. de grad. & affin. l. filius 12. D. de suis & legit. Et Collateralium, qui specialiter agnati dicuntur. Inter quos interpretatione prudentium consanguinei primum locum acceperunt. Paul. lib. 4. sent. tit. 8. §. 3. & seqq. Cai. d. loc. Vlpian. in fragm. t. 26. Hinc ex L. 12. tabul. ad liberos matris intestatæ hereditas non pertinebat, quia foeminae suos heredes non habent. Vlpian. d. loc. §. 6. nec liberos in potestate §. femina 10. I. de adopt. Neque intestati filii hereditas ad matrem. Vlp. d. loc. §. ult. Hæc jura posterioribus temporibus valdè immutata fuerunt & quatuor ordines, secundum Don. lib. 9. com. m. c. 1. usurpati, cognatorum, conjugum, servorum & fisci, circa quos quænam fuerint jura è tt. I. D. & C. qui ad hanc materiam spectant, patet.

38. Novi juris quæ est desumitur potissimum è Nov. 118. Justin. quoad propinquos, Sunt autem hodie quinque succedentium ordines, Descendentium, Ascendentium, Collateralium, Conjugum & Fisci.

Cum enim successio hæc deferatur vel Jure sanguinis potissimum accedente tamen Jure Civili potissimum illo succedunt.

tres

¶ Sunt tres p̄iores ordines. *sup. th. 35.* circa quos olim erat jus varium ac perplexum; Justinianus autem istà *Nov. 118.* certum redidit, illudq; vetus in plurimis correxit; ut quæstionum de hac materiâ decisiones non ex aliquâ lege anteriore, sed hac novellâ peti debeant. *Vult. hic n. 18.* Hoc jure posteriore seu Civili succedunt posteriores, ob priorum defectum & favorem succedentium. Et quamvis fiscus non propriè succedat, neq; hereditatem acquirat, sed potius bona vacantia occupet, secundum *Dd. in l. 3. §. cum ex causa 4. D. de jure fisco.* solet tamen succedentibus annumerari, eò, quod in effectu nihil ab heredibus differre videatur *Menoch. de adip. poss. remed. 4. n. 299. & seqq. P. Heig. ad t. I. de bon. poss. n. 51. & seqq.*

39. Prætoria successio dicitur, quæ per jus prætorium introducta est, Juris Civilis emendandi vel confirmandi gratiâ.

pr. J. de bon. poss. l. 6. §. 1. D. eod. Prætor emendavit (seu supplevit ut exponunt *Hotom. ad d. pr. en. 1. & Vult n. 2. M. Wesenbec. n. 1. & 4. A. Matth. aliter Schneidevv. ad d. pr. n. 5. Harppr. n. 20.*) per Bonorum poss. unde liberi, unde cognati, Contra tabulas & c. eos ad successionem admittens, qui de Jure Civili non admittebantur. Confirmavit per Bon. poss. Unde legitimi, Secundum tabulas & c. eos vocans, qui de jure civili quoq; vocabantur; verùm jus civile ex ea parte aliquatenus infirmum videbatur, deficiente videlicet ex eo promptissimo & perfectissimo auxilio. *Dn. Val. Forster. de hered. lib. 2. c. 27. & seq. Vultej. d. loc. Harppr. d. loc. Schneidevv. ad d. pr. n. 5.* Quando verò aliquis propter aliquod commissum à jure Civili hereditatem capere prohibetur, utpote rei capitalis damnatus neq; restitutus de Jure Prætorio etiam non succedit. *l. 2. §. 11. l. 13. D. de bon. possess. Dn. Forst. d. lib. 2. c. 28. n.*

40. Et contingit ea per Bonorum possessionem, Quæ definitur jus persequendi retinendique patrimonij seu rei, quæ cujusque, cum moritur, fuit.

l. 3. §. bonorum 2. D. de bon. poss. Et dicitur aliquando in Jure conversè possessio bonorum *l. 4. §. 1. D. de off. ejus cui. mand. est juris d.* ali-
quando



quando simpliciter possessio l. 6. in pr. D. h. t. l. 21. §. 1. D. de Scto Silan.
Unde Bonorum possessio unum nomen vix videtur l. 3. D. h. t. V. Forst.
d. lib. 2. c. 24. n. 11. Dn. Val. Guil. Forst. tract. Iust. p. 1. disp. 16. tb. 1. Don.
lib. 7. c. 14. Dist. Sichard. ad rubr. C. qui adm. ad bon. poss. n. 19. Myns.
ad rub. J. h. t. Hotom. 9. obs. 10. quamvis parum referat, pro una an
duab. vocibus habeatur. Harppr. ad d. pr. n. 4. Differt autem pluri-
mum à possessione rerum, de qua sub tit. de acquir. vel am. poss. & simil.
agitur. Hæc plurimum facti habet & nudam rerum singularium de-
tentionem. complectitur l. 1. in pr. §. 3. & 4. D. d. t. l. 19. D. Ex quib.
causs. maj. l. 12. D. de capt. & postl. rev. illa tota juris est l. 119. D. de V. S. &
dominium universitatis concernit l. 1. l. 3. D. h. t. Unde definitur Jus,
seu titulus, quo acquiritur patrimonium vel res defuncti, seu in e-
jusdem universum jus succeditur, in commoda & incommoda d. l.
1. d. l. 3. D. h. t. Hinc bonorum possessio absolute hereditas vocatur l. f.
C. Qui adm. ad bon. poss. & prætor eam dando ad hereditatem vo-
care asseritur in pr. J. h. t. Fac. hucl. 19. §. 7. D. de C. & D. l. 1. §. 7. D.
ad SC. Trebell. l. 138. de V. S. Et ratione effectus non differunt heres
& bonorum possessor: quamvis alias distinguantur. Quod ille di-
recto ipso jure succedat, hic non ita; unde hic jus persequendi & re-
tinendi &c. habere dicitur. Prætor enim nequit heredem facere
ipso jure pr. J. h. 3. vers. quos autem solus. Ut scilicet aliquis per se
statim. adipiscatur patrimonium defuncti, ipso jure absque facto
prætoris decernentis, ut textum istum explicant Bellon, 1. Supput.
10. & Hillig. lib. 7. c. 14. d. quamvis variè Jcti sentiant. Vid. Fach.
5. Controv. 72. & 13. c. 19. Ille ordinaria civilia & directa habet reme-
dia; hinc extraordinaria, prætorica & utilia; quibus tamen idem con-
sequitur, quod ille actionib. civil. l. 2. D. de poss. her. pet. Vid. V. Forst.
d. lib. 2. c. 24. n. 2. & 7. Gothofr. ad d. l. 3. §. 2. D. h. t. de bon. poss. Don.
lib. 7. comm. c. 24. Paul. Bus. ad l. 1. & 2. D. h. t. Hier. Treutl. vol. 2.
disp. 15. tb. 1. c. Harppr. ad pr. I. h. t. Melch. Kling. ibid.

41. Eaq; duplex perhibetur, Edictalis & Decre- talis.

Quoniam expressè in ll. ita distinguitur, & utriusque mentio
fit. Edictalis in l. 3. §. 8. D. de bon. poss. l. 1. §. 4. D. si tab. test. null.
exstab.

ex tab. l. 30. §. 1. D. de acquir. vel om. hered. Decretalis in l. 1. §. decretalis 7. D. de success. edict. l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertul. l. 2. §. 1. D. quis ordo in poss. serv. Differuntque Edictalis tantum ex Edicto prætoris, mortui etiam, descendit. Decretalis autem requirit decretum (quod plurimum ab Edicto differt. Don. 1. comm. 9. Hotom. ad §. sed & quod principi 6. I. de N. G. & C. Vult. 1. Jurispr. 2.) prætoris vivi d. l. 3. §. 8. D. de bon. poss. Don. 7. c. 14. Rævard, Protribun. c. 8. P. Fab. ad l. 71. de R. 7. Et potissimæ differentia apparebunt è seqq. Unde datur Edictalis absque Decretali l. 1. §. 1. D. Quis in ordo in poss. serv. d. l. 1. §. 4. D. si tab. test. null. & Decretalis absq; Edictali (in specie scilicet tali) l. f. §. sin autem ex alia 3. C. de curat. fur. Accurs. ad l. 1. v. transacto C. qui adm. ad bonor. poss. Wesenbec. in parat. D. de bon. poss. n. 11. P. Heig. ad b. t. 7. n. 6. Don. c. 7. c. 14. & ad l. pen. & ult. C. qui adm. & c. p. 45. & seqq. Duar. b. t. de bon. poss. c. 5. Fachin. lib. 13. c. 36. Vult. 1. Jurispr. c. 75. n. 7. Gothofr. ad. d. rub. D. de bon. poss. P. Gregor. 43. Synt. 2. n. 6. P. Gilken. de præscr. p. 3. c. 1. n. 9. seqq. & Harppr. ad pr. I. b. t. J. Nicl. disp. I. 20. th. 3. Robert. 3. animadv. 9. Diff. Dn. Valent. Forst. 2. de success. c. 26. Zo anett. restit. ad D. c. 2. Forcatul. necym. dial. 11. Arum. disp. D. 19. th. 1. Iis, quæ objiciuntur, satisfaciunt P. Gilken. & Fachin. d. loc.

42. Edictalis est, quæ ex solo edicto prætoris competit absq; causæ cognitione.

d. l. 30. §. 1. D. de acq. vel. om. hered. d. l. 1. §. 4. D. si tab. test. null.
 Unde hæc simpliciter & de plano petitur & agnoscitur, & dies ejus cedunt, quibus etiam non sedet prætor l. 2. §. 1. D. Quis ordo in bon. poss. Heig. d. loc. Vult. d. libr. 1. Jurispr. c. 75. n. 7. Harppr. d. loc. n. 10. Nuda enim testatio apud inferiorem etiam magistratum hinc sufficit l. f. C. qui adm. ad bon. poss. Aditione autem vel pro herede gestione extra iudicium non acquiritur l. 1. C. de jur. delib. Repudiatione verò ubivis facta, & per alium etiam amittitur l. 1. §. 3. 6. 10. 11. D. de success. Ed. Don. d. lib. 7. c. 14. Bellon. 2. supp. 15

43. Ea; est vel Ordinaria vel Extraordinaria,

E 2

Or

Ordinaria dicitur quæ defertur certâ parte edicti prætoris. Extraordinaria quæ non certâ. Vult. *d. l. i. c. 75. n. 8.*

44. Ordinaria etiam duplex est; vel enim defertur intuitu testamenti vel ab intestato.

pr. l. l. 6. §. 1. D. b. t. de bon. poss. l. 1 & 7. D. quis ordo in poss. d. l. 1. §. 1. tab. test. null. l. 70. D. de acq. vel. om. hered. Harppr. ad d. pr. l. b. t. n. 10.

45. Illa ex testamento rursus duplex est aut secundum tabulas aut contra tabulas.

41. Et ista quidem secundum tab. defertur juxta voluntatem testatoris expressam omnibus jure scriptis vel nuncupatis hered. §. *Sunt a. i. l. b. t. de bon. poss. §. t. t. D. & C. de bon. poss. sec. tab.* Et hæc necessaria non videtur. Vult. *d. c. 75. n. 8.* Ea autem contra tabul. datur contra testamentum patris defuncti liberis præteritis, suis & à potestate patriâ liberis nec in adoptionem datis, posthumis natis & adoptivis non mancipatis, ad evertendum testamentum *d. §. sunt a. i. l. b. t. §. emancipato. s. 3. I. de exher. lib. l. 1. pr. & §. 6. l. 19. D. de bon. poss. cont. tab. l. 1. & 2. C. eod. t. l. 17. C. de Coll.* Quo everso vel rescisso, liberi ab intestato succedunt *l. 8. §. l. 13. D. de bon. poss. cont. tab. d. l. 17. C. de coll.* Et hæc, quamvis contra testamentum directa sit, dicitur tamen ex testamento esse. *d. §. sunt a. f. b. t.* quia locus ei esse nequit nisi testamento præcedente. Em. Costa. *ad l. Gallus 29. §. 5. quid sit tantum 5. p. 3. n. 131. D. de lib. & postb. Vid. Heig. ad hunc tit. Inst. n. 12 Harppr. ad d. §. sunt a. Vult. d. c. 75. n. 8. & seqq.*

46. Ab intestato Bonorum possessio datur, quando vel testamentum non factum est, vel factum quidem, quod tamen nec jure Prætorio sustinetur.

Hujus generis olim octo erant bonorum possessiones *d. §. sunt a. i. f. b. t. §. Unde liberi suis (quamvis his non necessaria) & emancipatis pariter competens l. 1. §. 5. l. 4. l. 5. D. si tab. test. null. l. 1. §. ult. quis*

quis ord. in poss. serv. §. emancipati 9. I. de her. que ab int. Ulp. in fragm. t. 28. §. liberis 7. Unde legitimi agnatis tributa, defuncti liberis non existentibus. l. 1. §. t. t. D. §. C. unde legit. l. 15. D. unde cogn. §. 1. I. de succ. cogn. III. Unde decem persona decem personis istis, quæ extraneo manumissori præferuntur, patri, matri, avo, aviæ, filio, filia, nepoti, nepti, fratri, sorori competens. IV. Unde cognati proximis cognatis data l. 1. §. t. t. D. unde cognat. V. Tanquam ex familia familiae seu agnatis patroni. Ulp. in fragm. d. t. 28. §. intestatio. VI. Unde patroni, patronæq; & liberi d. §. sunt a. 1. §. seq. vers. quumq; antea. Ulp. d. loc. VII. Unde vir & uxor l. un. D. §. C. unde vir & ux. d. loc. VIII. Unde cognati manumissoris cognatis patroni patronæq; quoad bona liberti, assignata Ulp. d. loc. Ex hisce Justinianus retinuit tantum, quatuor, i. 2. 4. & 7. & duas illas, ex testamento contra tabulas & secundum tab. & ita sex: cæteras tanquam supervacuas sustulit §. sed eas quidem 2. l. b. t. Vid. Heig. Harppr. Hotom. Vult. ad d. §. sunt a. f. b. t.

47. Extraordinaria dicitur, quæ certâ Edicti parte specialiter & nominatim non stabilita quasi extra ordinem defertur.

l. un. D. ut ex ll. SC. bon. poss. det. Hæc in subsidium specialis alicujus legis, SCti, vel constitutionis principis ex novo jure, vel ex testamento vel ab intestato defertur. Vult. d. c. 75. n. 9.

48. Decretalis est, quæ ex decreto & causâ cognitâ datur pro tribunali à prætore.

d. l. 3. §. 8. D. de bon. poss. l. 2. §. 1. D. quis ord. in poss. Et quamvis quidem & hæc ex edicto detur, non tamen tantum ex edicto, sed ita, ut necessariò requiratur decretum magistratus, & sine hoc non competat. Unde ex eo nomen accepit. Sicut & contractus quidam consensu, quidam re & c. perfici dicuntur. §. f. I. de oblig. Don. 7. c. 14. Duar. ad t. D. de bon. poss. c. 5. Heig. d. loc. n. 6.

E 3

49. Hujus-



49. Hujusq; tres sunt species potissimæ, Carboniana, Ventris nomine & Litis agnoscendæ sive ordinandæ causâ.

Carboniana datur liberis impuberibus, qui liberi defuncti negantur, controversiâ in tempus pubertatis delatâ *t. t. D. & C. de Carbon. Ed. Paul lib. 3. sentent. 1. Don. d. lib. 7. c. 14. Ventris nomine* datur mulieri, quæ se ex defuncto marito prægnantem dicit *t. t. D. de ventre in poss. mitt. ibid. Wesenbec. in par. Harppr. ad pr. I. h. t. n. 16. Litis agnoscendæ sive ordinandæ causâ* decernitur filio emancipato exheredato, qui de inofficioso acturus est *l. 6. §. ult. l. 8. in pr. D. de Inoff. test. Datur verò aliàs Decretalis quoq; in specie l. 18. inf. C. de jur. delib. & l. 5. D. de bon. poss. cont. tab. Heig. d. l. n. 7, Harppr. n. 14. & seqq.*

50. Et Decretalis per l. f. C. Qui adm. ad bon. poss. sublata non videtur.

Loquitur enim ea constitutio de Edictali tantum: & quoad istam tria tantum ibi tolluntur, solennitas verborum, discrimen magistratum adeundorum petitio, & datio. Non autem de Decretali. 1. Quoniam decretum verborum inanum captio dici nequit. 2. per *l. 18. §. fin. C. de jur. del. 3. l. 2. C. de Carbon. Ed.* quæ recentiores sunt *d. l. f. Don. d. loc. Duar. ad h. t. D. de bon. poss. c. 5. Fachin. lib. 5. c. 74. & lib. 13. c. 36. Walth. 1. misc. 24. J. Niel. d. disp. 20. I. th. 3.*

51. Eritne autem hodie adhuc aliquis usus Bonorum possessionis? A.

Et eam necessariam duobus in casibus (1. quando filius emancipatus præteritus cum causæ expressione petit successionem contra testamentum. 2. quando conjux conjugii succedere vult, non exstantibus liberis, nec agnatis neq; cognatis *l. un. C. unde vir & uxor.*) volunt Accurs. *ad leg. final. C. de lib. præter. & Novell. 1. Sichard. ad rub. C. qui adm. ad bon. poss. n. 6. & seqq.* Et generaliter necessariam esse

esse, quando heres renunciavit juri adeundi ex Jure Civili, vult Bl. ad d. rub. C. Utilis quoq; est in multis; liberalius enim cum bonorum possessionibus Prætor, quam cum heredibus Jus Civile agit. Heig. ad h. t. l. n. 4. & seq. Donell. ad d. rub. C. Qui adm. & c. n. 7. 11. & seqq. & lib. 7. c. 14. Ant. Cont. de hereditat. & bon. poss.

§2. Duabus dictis successione ab intestato speciebus Civili & Prætorix hodiè quoque aliæ ad-
junguntur.

Ut Consuetudinaria, Feudalis, per Statuta, Saxonica, Anomala. Illæ duæ tamen manent potissimæ. Vid. P. Heig. de succ. l. c. 2. Muscul. de succ. conv. cl. 1. membr. 1. concl. 1.

§3. Methodus in hac successione ab intestato materiâ convenientissima habetur secundum quinque succedentium ordines supra th. 36. propositas. Quæ & in seqq. Disputatione observabitur, præmissâ tamen graduum cognationis doctrinâ.

Hæc enim summè necessaria videtur ad successione cognationem. Ad istos autem 5. ordines referri possunt quæ ad successione spectant.

SOLI DEO GLORIA.

rbor-
e or-

Etine-
C. de
datur
de ven-
Litis
here-
f. test.
delib.
q.

bon.

uo ad
imen
e De-
ci ne-
ecen-
chin.
3.

Bo-

man-
con-
n ex-
xor.)
d. ad
iam
esse


1688
S
A
SOLI DEO GLORIA



X 2615918

VJ 17








DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE ¹⁰
Collegij Juridici ³
Successionum ab intestato ^{31.}
DISPUTATIO PRIMA ¹⁶⁴⁵
De
GENERALIBUS
ET BONORUM POS-
SESSIONIBUS,
In Celeberrima Academia Wittebergensi
PRÆSIDE
AUGUSTINO STRAUCHIO,
J. U. D. & P. P. & c.

Respondente
JOH: FRIDERICO à Burckersroda
Equ. Thuring.
Habebitur

ad d. XI. Januarij, Horis matutinis,
in Auditorio Jctorum.



WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.
XXX clō lō c XLV.